Ita habebis ♆ narcoticum ⊕, ejusdem cum illo ☉coloria, quod crebris reverberationibus non sine labore paratur. Ejus vires planè eædem cum tinctura ☉, somnum ac placidissimam quietem conciliat. Dosis gr. iij. ad summum è jusculo manè. Copiosè urinas provocat, dolores in primis Nephriticos sedat, defluxiones in dentes compescit, appositumque plus prodest, quam oleum caphuræ quodvis vel caryophillorum. Est basis laudani, cæteraque ingredientia pro vehiculo habentur, excepta corallorum & croci essentia. Ita in vero Landano Paracelsi oullum est opium, pulmonicis medetur. Herpetea quasvis persanat, oppositum & radicitus tollit. nisi sint leprosi. Ruborem faciei exanthematicum tollit, denique prodest ad omnes affectus physici ⊕, quod in nobis est, tanquam pars substantiæ naturæ.

☿. Zoticus καλομέλανος.

Fiat regulus. ♁ ex ejus ℔ j & nitri ac ♀ ana ℔ß. ut artis est in furno venti, hujus ℞ ℥ ij., ♁. crudi ℥ij. Liquefiant simul, tunc dempto ab △. ✢. injiciatur ☿. hispanici ℔ß. agitetur rudicula ferrea aliquandiu, projiciaturque in vas fictile aqua plenum. Habebis pulverem nigerrimum, qui toties abluendus est, reaffusa nova aqua, donec pulvis griseus evadat, quod fiet intra semihoram.

Pulvis hic in parva retorta vitrea statuatur ad ignem arenæ, nec lateat. Arena quippe ubi incaluit, in fornace commoda pulvis abibit in vas recipiens albissimus: id fit igne arenæ, quia regulus liquescit instar plumbi & ☿. pellit. ☿. autem attollit eum secum, ita ut in fundo retortæ nihil remaneat, præter nigrum quoddam cokbotar, abjiciendum una cum retorta.

Flos è recipiente extrahatur, affusa aqua limpidissima, quæ illicò lactescet, effundatur in patellam fictilem & crebra ablutione recipientis quicquid adhæret, deturbetur. Resideant per 2. vel 3. horas, aqua rursus fiat limpida, subsidebitque flos candidissimus ac levissimus, aqua inclinatione separanda. Pulvis ad ☉ vel △. lentum siccetur. Iterum in parva retorta vitrea in arena collocetur cum recipiente, pulvis iterum perfectissimus transibit, nihilque in retortæ fundo remanebit præter subnigrum pulvisculum. Tertia vice si pellatur, nihil relinquetur. E recipiente extrahatur pulvis, sicceturque ut supra, servetur ad usum, sic habebis ☿. Zoticum, verum coagulum spiritus coagulationis ♄ni philosophorum, quod est ♁. non aliud quodvis, nec potest flos iterum in ☿. currentem reduci, quamvis spiritus iste ♄i, coagulationis vera causa, vix dimidium granum pendeat, imo ad tantum facultate & impressione hunc producat effectum.

Vires & usus. Datur ad gr. v. ad summum è jusculo, aqua, vino albo, conserva &c. Perfectè sanat omnes scrophulas, alternis diebus hora 5. matutina, dilato per 4. horas cibo, continuando. Alternatim ad perfectam sanationem, quæ in malignissimis absolvitur intra 40. dies. Initio purgat, postmodum nihil nisi secundum naturam molitur ☿, ♀. quod magnum urinæ fluxum provocat per quem scrophulæ, Lues ♀, Hydrops, eadem curandi methodo persanantur.

ἄνθος γλυκὺς ♉rii.

Flos est lenissimus & albissimus, sed specifica quadam virtute pollet. ☿ quippe protheus aliter tractatur, haberque alia vesicula.

Liquefiat ♄. vulgaris ℔ß. ubi amovebitur ab △, & erit coagulationi proximus, injice ☿ii. ℔ß. ℥ii. (hispanici) optimè agitando, projiciatur in scutellam ▽. plenam, fiet massa, quæ facilè in mortario poterit pulverisari. ℞ hujus pulveris & nitri ana (credo quod saccharum Saturni & nitri ana esse debeat. Not.) terantur exactè, ponatur in parva retorta ad validū arenæ ignē.

Nul-

Nitrum (integro vase) ratione mixtionis, facilimè in aquam limpidissimam destillabit. (Sine digestione vix id fieri potest.) Aqua hæc servanda ad talcom & perlas. Retorta frangatur, Mercurius superioribus parietibus adhærebit in florem albissimum: abluatur in frutella, donec crebris ablutionibus aqua insipida post 2. aut 3. horar. residentiam percipiatur. Tunc ♃ albuminis 24. aut 26. ovorum, agitentur & in limpidissimam aquam resolvantur, quod fiet iis relictis in cella per biduum: misce cum aquis portionibus aq. vitæ, destilletur simul per retortam in arena calidiss. bis velter. Quod ea stillavir affundatur pulveri ☿ in alembico recto, distilleturque ter rohobando. Tunc habebis ☿ florem dulcem perfectissimum.

Unde huius loci esse aquam Albuminis, quam vocant, quæ est apud Pomerum & Libavium.

Dosis ad gr. 8. in noli me tangere, Cancro mammarum sumptus & ad motus prodest: sumatur alternis diebus ut ☿ Zoticus.

☿ Zoticus.

♃ Stibii opt. ℔ iiij, ♃ ni finiss. & ♄ opt. ana ℔ ß. liquescant simul & ♄. & 10 ✚. mox immittatur, ♂. super injiciatur pulvis ex ℔ ij. ♀. & ℥ j. nitri toties, donec nihil superfit; fiatque hoc pacto Regulus ut artis est, intra horam dato igne fusionis, ubi refrixerit ✚. regulus in fundo relidens extrahatur. Liquefiat iterum seorsim in novo ✚. & in laminam projiciatur: pulverisetur ut alcool, ejus ♃ part. j. ♎ ti p. ij. (vellem ipse pararem ♎um) pone in retorta optime mixta, quæ illatatur ad △. arenæ allutato magno recipiente, sobde ignem, donec nihil emanet: frigidis omnibus, in recipiente erit ☿ vitæ separandus. NB. aliqua portio ☿ currentis reperietur, quæ seorsim erit asservanda. Separabitur porro ☿ affusa aqua limpida, quæ illico lactescet, effundatur in magnam patinam vitream ut residéat, ubi erit ▽. clara. flos vero subsederit, projiciatur aqua, novaque affundatur. Si ruodo hæc seryetur ad ulcera & Herpetas. Novæ reaffundantur aquæ toties, donec insipidæ fiant. Hoc operis secretum. Sic fit ☿ vitæ ita denuo præparandus per quatriduum in matratio obturato, stet in arena calidissima, ut coquatur, tunc octies vel decies super uratur ▽ vitæ, quæ supernatet sesqui digitum. Dosis a. 2. 3. aut 4. gr. plus minusve pro viribus, alternis diebus: ad scrophulas omnes, vermes, Alopecias, Hæmorrhoid ulcera, Gonorrhea & Ischiadi, cui addendum est Laudanum. Datur è conf. propria.

Terra viscerum omniformis Prothens.

Alb. parentur flores stgon. ex ♃ & nitri purgat. ana partib. æqual. in ollis fictilibus perforatis, invicem superlutatis, ad ignem rotæ sensim admovendo △. ollæ sint 7. vel 8. ouin. fit iotra 6. vel 7. horas.

Lapis projectionis.

♃ arsen. sal. nitri, sal. com. calcinat. ana; omnia optimè pulverisata liquefiant in ✚. liquata projiciantur in tegulam vel marmor, durescant instar aluminis calcinati: huic lapidi adde ♃ sublimati ana, fiatque lapis, cujus pulverisati pars una projiciatur supra iij. ♀. purgatæ. Hic lapis efficit, ut sublimatio ♃ penetret ♀rem, quæ alias non misceretur, fragilis est mixtio, quæ addita æqua portione ☽. opt. ductibs planè & malleabilis, vel ad filum parandum redditur.

Nullum habet involucrum vel K.

Purgatur ♀. si intermedia scopa, projicatur fusa cum sal gemmæ in ⚹ dissolutionis nitri & ♀, rubicundissima fiat.

Rub. ♃ ☿ ℥ viij, virid. æria ℥ iiij, ⊕ Rom. ℥ß ⚹ pintam j. Parisiensem vel ℔ ij. & congeletur ☿. hoc pacto. ☿. per 12. horas cum cæteris in fundatur in patella ferrea: moaleviter bulliat, sensim agitando cochleari ferreo. (non ea alio Metallo, quippe adhæreret) congelabitur. Ubi vero fuerit coagulatus, affundatur aq. fontana limpidiss. patellæ, & abluatur per horam, nova perpetuo affusa aqua & rejecta priori, donec sit limpida. Ita præparatus ☿. exprimatur per linteum, ut si quæ portio restet, & non coagulata excidat, scindatur per frusta, & relinquatur sub dio per tres noctes sereno cælo. Tingatur autem hoc modo. ♃ æris usti, virid. æris, croci Mart., vitrioli rubificat. ana ℥ ij. sublimati ℥ j, sal. armoniac. ℥ iij. pulverisentur, fiatque s.s.s. pulveris & clavorum ☿. in ✚. quod alio ✚. tegatur, optimèque lutetur relicto spiraculo, deinde fiat ignis rotæ per 6. vel 7. horas, donec nullus fumus emanet, mox tegatur ✚ residuo △. & cineribus usque in crastinum. ☿. reperietur subrufus & durus, ita ut malleum patiatur. Projectio fit super 2. partes ☽. capellatæ. Le Febure, Expert. Rursum est sed cum Tirepoit flavescit.

Clavi Cinnab. ad ☉.

♃ Cinnab. in frust. dissecti q. v. fiat s.s.s. ex limatura ♀. & frustulis, adde ⚹ fortis parum in crucibulo, quod tegulaoblutata tegatur, ponatur in cineribus calid. & post tres horas apponantur prunæ, simulque per 3. horas, rursusque ignis addatur: fiat bis velter. Refrigeratis omnibus reperies clavos cinnabaris nigros, projice part. j. supra 2. partes Lunæ capellat. quæ fusa in instrumentum instar cannæ oblongum projiciantur, affuso prius oleo: si e pars integra cinnabaris fundum petet quæ malleo postea exturbanda. La chappe fosse avec un tirepoit.

NB. Cinnabaris ita præparata in crucib. aperto △. quantumvis exposit. non evanescit, sed fixa remanet, & rubicundissima extrahitur. Expert. D. Le Febure.

☽. examen est per capellam: non ☉.

☉. examinatur per cæmentum regiom facto s.s.s. ex ⊖. & tusis lateribus cum laminis ☉, exponantur omnia igni vehementi. ⊖. quicquid est heterogenei erodit & consumit, vel per aquam separationis hoc modo ♃ ☉ part. j. ☽. p. iij. Liquefiant simul & per scopam in granula projiciantur. Imittantur 9. partibus ▽ fort com. liquescet omne admixtum metallum. ☉ vero per paleas nigras residebit, mox cum reducentibus, tractand.

Amal. ♂.

♃ ☿ ℥ iiij. ita purgetur, ponatur in crucib. & ubi optimè incaluerit, ac ebullire cœperit, projiciatur ⚹, ubi ⊖. com. dissolutum fuerit.

♂. ℥ j. (si velis ex Arnaldo in Elucidario per ⊗ fusi vel ubi in crucibulo incandoerit projiciatur aliquid ⊗ pulveris.). Illico liquescit & in laminam projicitur, ⊕ ℥ iiij. sal. armoniaci ℥ j. (quo carere potes) aceti q. s. ad dissolvendum ⊕. & ⚹, pro quo ⚹ potes habere sal. com. ▽ cœrul. vel aterius, q. s. tere in mortario donec amalgametur.

Recoque amalgama in vase non [vase] rotundo (ne separetur ☿) in cineribus per 7. vel 15. dies, expresso tamen, hæc pars ba culo obturet. antequam vasi immittatur, Mercurio, pone in copella, album exibit, at si seorsim & solum liquetur (ob ⊖) habet colorem ♀. Melius erit si simul coquatur amalgama ☽, ita paratum: ♃ limat. ☽. p. j. ☿. p. 4. ignescat in ✠. ☽, & in ☿ projiciatur, mox ilicò in aquam frigidam, addatur semper tribus partibus superioris amalgamatis una hujus ultimi. Mt. de Villiers. Expert. ad copellam octavæ partis ♄.

NB. Si amalgama stann. misceatur cum amalg. ♂, nempe v. g. illius quarta portio, & simul liquentur, stannum durissimum & copelliferum redditur.

NB. Si ℥j. amalg. ♂ misceatur cum ℔ j. ☿, & digeratur in vent. equino, abibunt omnia in aquam.

NB. Si amalg. ♂. recoq. cum æq. part. amalgamat. ⊙. fit opt. ⊙.

Stann. Mixtum ⊙ vel ☽ vix separari potest, sed in copella ilico ♄ bus in cineres abit, certissimum stann. admixti judicium.

Amalgama ♂ per Cassidem.

♃ Limatur. ♂ ℥ij., ☿ ℥ viij., ⊖ unguar. ℔ j. ✳ ℔ ß. ✕ ℔ iij. dissolv. ✳ in ✕ ejusque 4ta pars immittatur cassidi, injiciaturque postmodum ☿. cum limatura cum ℥j. ⊖ tusi, agitando spatula perforata. NB. Agitatio supra △ ✕ ⊖ injectio (quæ unciatim fieri debet) continuanda ad perfectam amalgamationem.

Specific. Butyri orientalis præparatio.

♃ Speculi ononidis Æriarici opt. q. v. reduc. in squammas; Ignescat in ✠, & extinguatur in ⚭ ♀ quinquies aut sexies, donec tunc reducatur in pulverem subtilissimum. Teratur in marmore, & diligenter abluatur aqua pluviali aut nivis ad separationem ⊖ ♀. Tunc fiat pila cum albuminibus ovorum sepelienda in olla plena calce viva pulverisata, ita ut pila exactè in medio calcis sit; olla opt. lutata in furno vitrarii aut laterum statuatur per 4. aut 5. dies: Eximatur pila butyracea, quæ apparebit instar rupis nivea, è qua parabuntur sequentia.

(I.) Extrahatur Alkali cum ✕ stillat. vel aq. vitæ, filtretur, coaguletur toties, donec luciditate crystallum æquet, resolvatur in humido vase vitreo nitidissimo.

(II.) Alkali extractum cum prædicto ✕ ponatur in retorta, subdito igne vehementissimo, prodibit oleum summè penetrans, & quodlibet dealbando.

(III.) ♃ pilam prædicti butyri calcinati, ✳ ana, sublimetur supra pilam ✳ cum quater vel quinquies, ultima vice subditoigne violentissimo, ut ✳ totum elevetur, resolvatur postmodum butyrum ita præparatum (quod in sublimatorii fundo remanebit) in loco humido, ut supra, abibit in oleum pretiosiss.

Hæc olea margaritas rectificant, iisque splendorem, dum croceo obscurantur, reddunt, si in B. M. per aliquot dies digerantur.

Talci Calcinatio.

Pulverisetur cum silicibus in sacco alutaceo, ut nosti; teratur in marmore, & reverberetur, seu validiss. ignescat sæpius, totiesque in ✕ stillat. exting. v. g. 7. vel 8. ad minus. Demum stet in reverberio aut alio vehementissimo igne per 24. hor. & erit calcinatum perfectè. Ut autem resolvatur, dum adhuc calet, ponatur in vesica suilla aut bubula, quæ probè obturata suspendatur ad vaporem aceti fortissimi, ita tamen, ne attingat, vase apprime clauso, quicquid calcinatum fuerit, resolvatur in liquorem.

Talci Oleum.

♃ Talci exfoliati & pistati q. v. in linteo suspend. super ollam, in qua fabæ bulliant, ita ut vapor perpetuo prædictum attingat nodulum per 6. horas, tunc aperto nodulo separetur quicquid instar pastæ apparuerit, & ad △ siccetur. erit pulvis impalpabilis, trituretur, amalgametur cum albuminibus ovorum probè agitatis, formeturque pilulæ, quæ in ✠. cooperto & perlutato ad △ venti statuantur per 6. horas, pulverisetur materia, & in matratio vitreo collocetur super effuso aceto bis destill., ita ut materiam superet 2. digit. benè obturetur vas, & in B. M. stet, donec ✕ acrimoniam amiserit, separetur per inclinationem toties reaffuso & separato ✕, donec ultimum non dulcoretur, sed aciditatem fervet. Conjuncti liquores evaporentur in B. M. Talcum in fundo repetietur, quod exactè exiccatum dissolvetur in cella in marmore nitido, cui supponatur vas vitreum ad excipiendum oleum, quod intra 3, septimanas ad summum stillabit

NB. Quicquid de talco remanserit ab ✕ non dissolutum, cogatur cum albuminibus ovorum, fitque, pill. ut supra, calcinetur in ✠ & in acet. destill. ut dictum est, extrahatur Alkali.

Alkoholizatio.

Fit (1.) attritu ad cotem (2.) affrictu ad lapidem spumosum. (3.) ignescat patella ferrea. imponaturq; talcum exfoliatum, tunc fundum immitatur aq. frigid. donec omnia refrixerint, fiatque sexies vel 8es, teratur demum in mortario, & per bombyeinum cribrum trajiciatur, hoc ita præparato ad operationes reliquas promptius uti poteris.

Liquor Talci seu Butyrum, quod in aquam dissolvitur instar sal. com., & utendi ratio.

♃ aq. nitri (de qua in flore dulci ☿ vid. supra ὡδὸς γλυκύ: ☿ ij.) album. ovorum coctor. ana ℔ ß. triturentur in mortario vitreo per horam aut amplius, donec omnia exactè mixta fuerint, & instar cremoris apparcant, quod certo fiet.) NB. aqua nitri potest intra dimidium diem parari. Cremor iste in retorta vitrea perlutata ponatur, & igne aperto satis valido urgeatur: emanabit aqua mirabilis, atque omnia quasi in aquam abibunt. Talcum alcoolizetur in florem ut supra, cujus ℥iiij. in matratio collocentur, affusis aquæ prædictæ ℥ viij. vel decem; obturetur subere, & in B. collocentur per 10. dies. Tunc in retorta perlutata igne aperto urgeantur, cohobando per triduum ad tres vices. Effracto vase reperies talcum parietibus adhærens instar butyri oleaginosi. Ubi refrixerit, materia hæc in patella vitreata affusis 2. digitis aq. nenuphar. vel liliar. ad ignem arenæ exhalanda statuantur. Demum dissolvatur in aq. liliorum vel Nenuphar. f. q. aqua instar lactis albescet. NB. ℥j. aq. dissolvit ʒß. pulveris. (Si supra mell. Narbonensis ℔ ß. aq. nenuph. vel alterius 4. digit. supernatabit, destilletur ad ignem cinerum, præstantior erit.) Abluantur facies & manus, subtilissimè extendnur, nec ullo modo apparet. Durat per 36. dies, vix gr. 8. requiruntur ad faciem & manus.

Turpethum ad Hydrop.

♃ ☿. in zotico dicti. qui in recipiente currens reperitur ℥iiij, dissol. in ℔j. ▽F, quæ exhalet præcipitatum in cochleari ferreo novo, ignescat, donec nullo

eleve-

elevetur fumus aut odor aq. fort. tunc erit ficciff. & rubertimus. Fit amalgam. cum ☉ opt. ʒiiß. & 4. part. ☿. prædicti non præcipitati, amalgama misceatur cum præcipitato triturando optimè, ponantur in matratio cum novæ ▽ forti ℔j. quæ rursus exhalet, sicceturque in cochleari ut supra. ℞. Spiritus vini opt. pintam j. in qua infunde ℥j. ⊖. ♀ri per ⊖ parati (vel ustis ℥viij. ♀. cum ℥ij. salis petræ, quod restat, est ⊖. ♀.) admisce ℥j. ⊖. com. decrepitati & per aquam missi, fiat destillatio per retortam igne arenæ validissimo cum recipiente amplissimo perlutato, repetendo septies, fracta retorta, eximatur materia rubicundissima, cui affundatur aq. limpida toties, donec insipida sit, siccetur in cochleari ut supra, superuratur 7tem vicibus, pinta una spiritus vini, sicceturque denuò in cochleari, habebitur Turbith. Dosis 6. 7. 8. 9. grana pro viribus, bis vel ter tantum idque interpositis v. vel 6. diebus. Ad Hydropem per sudores & urinas, salivam promovet ab sque ventriculi noxa.

Magisterium ♀. Mauritii,

℞. Tartari calcinati ℔iij. in mortario marmor. ligneo pistillo alcoolis. dissolve cum spiritus vini s. q. quinques rectific. digerantur in B. M. per 7. dies. Tum retortæ fictili Bellonacensi vel vitreæ lutatæ imponantur, & destillentur △. secundum gradus ad summum usque instar aq. fortis. primum ascendet liquor infuscatus cum aq. vitæ, quam facilè separabis ab essentia ♀ in B. M. Fæces quæ supererunt, denuò calcinentur, fiatque cum spiritus vini ut supra toties, donec in fundo vasis nullæ fæces resteot, quæ qualibet vice sunt calcinandæ. His ita præstitis, lento tepore Balnei urgeantur, & pellatur aq. vitæ, donec materia in fundo restet sicca & in pulvere: ex hoc pulvere cum eodem spiritu vini potest fieri extractum. Dosis gr. j. cum Mithridat. ʒß. & ℥ß. aq. cichor. vel plantag. purgat corpus à quocunque vitio.

Arcanum ♀

Fit ex triplici ♀, minerali vel sale petræ, vegetabili vel fæce vini, & humano vel sanguine.

℞. ♀. opt. q. s. cui adde ℔ s. salis petræ incorpor. affusa aq. vitæ optima, ot 4. digitos supernatet, in alembico distilletur aq. vitæ, & servetur seorsim, ut & residantia.


Mense Majo ℞. sanguinem hominis sani, qui exiccetur in arena, donec pulverisari possit, extrahatur tinctura crebris affusionibus cum aq. vitæ destillationis (in B.) ♀i, & sal. nitri, donec habeas ℔ s. extracti sanguinis. In fundo remanebit phlegma crassum abjiciendum; fiat exhalatio in B. habebis tincturam, Balsamum & Mumiam sanguinis, ejus verum tartarum, siccetur igne cinerum & servetur.

Aqua menstrualis, quæ in exhalatione extillavit, affundatur tartaro & nitro prædictis, iterumque separetur, & quicquid in alembici fundo remanserit, jungatur cum balsamo & Tartaro sanguinis, quibus mixtis iterum affunde spiritum vini, ut 4. digit. supernatet, & in magno matratio sigillato stent in bulliente B. per 9. dies, separentur per alembicum. In fundo remanebit arcanum Tartari ad obstructiones, Hydropem, Quartanam, Herpetas. Ruborem faciei, pleuritidem, Febrem continuam, sitim.

Narcoticum ⊕.

⊕-ū narcoticum τολμηρόν. ☉. Rubescat ⊕ ungaricum vel Anglicum vel Romanum exactè, ejus ℞ ℥iiij. addendo olei ⊕-i acidi, ita ut tantum humectetur, ponatur in matratio vitreo sigillato, & in △. arenæ valido sepeliatur per 2. dies. Ita erit ⊕. narcoticum & tenax. oleum enim extrahit id, quod in ⊕- latet, atque rectificat, simulque incorporantur.

Genandus Chymicus Regius mihi dixit, se, postquam extraxisset spiritum & oleum ⊕- simul ad separationem rectificasse, in fundo v. retortæ mansisse substantiam quandam instar alum. plumosi filamentosam albam & insipidam. Ex colchotare verò crebris aquæ affusionibus tincturam extraxisse, aquas evaporatione coagulasse, & sic substantiam quandam remansisse ponderosam instar ceræ ductilem & tenacem. Extracti æmulam, vide, num hoc sit ⊕. narcoticum.



℞. Santali citr. & rub. pulverisat. ana ℥j. pulver. in matratio, extrahe cum aq. vitæ ad plures vices, ut artis est. Macis, galangæ, piper. nigr. piper. long. ligni aloes, cardamomi majoris & minoris ana ʒiij. pulv. extrahantur seorsim cum ▽. vitæ. Myrrhæ elect. & mumiæ ana ℥j. misce, extrahantur cum aq. cichorii sylvest. omnia vasa subere & vesica obturentur, stent in B. M. per 3. hor. Tunc omnia effundantur per inclinationem intermedio linteo in matratium, alembicum vel potius retortam. Myrrha & mumia prima vice penitus in tincturam abeunt: cætera non item, ad quæ requiritur crebra affusio. Hæc omnia extracta mixta in retorta ponantur cum narcotico ⊕-i Can æquales partes (forsan ana ℥iiij. quæ in primi præparatione sunt adhibita) & circulentur per 6. dies naturales in ferè bulliente Balneo, vel potius in cineribus, matratium sit hermeticè clausum, vel per concursum, cohobando quicquid extillarit spatio 6. dierum, vel in alembico circulatorio, donec tandem materia sit instar mellis, quod sexto die fiet in B. extractis menstruis. Extracto mellagineo adde olei croci ℥ s. sal. corall. ʒi s. sal. perlar. ʒij. his factis tota massa dividatur in uncias octo, media pars iterum dividatur in uncias duas (Tota massa sit ℥viij. quæ dividatur in partes duas æquales scil. in ℥iiij. quarum autem subdividatur in ℥ij. partes item æquales.) Sensim in matratiis ponendas ad suffocationes, & ad Epilepsiam. Reliquum præter ℥iiij. extracto. ʒiiß. moschi parato cum aqua Cinnamomi in B. Vires magni Narcotici. Dolores omnes sedat, fluxiones in pulmon. stomachum roborat. Tertianam, Quartanam, continuam, obstructiones epatis & lienis tollit: menstrua provocat, hemieraniam, odontalgiam, sistit quippe & dissipat & consumit causam. Exhibeatur post universalia manè vel serò 4. horas, post cibum & ante, inprimis ad podagram, Ischiadem & Nephritidem.

 *Epilepticorum.*

℞. Caphur. ℥ij. cum aq. betonic. & pauco spiritu ⊕-i v. g. ℥ i ʒj. cum pinta una ▽. vitæ, in Matratio statuantur in B. vel fimo equino per 4. dies, destillentur in B. ut extrahatur spiritus vini, mox in arena. emanabit oleum caphuræ subtiliss. quod ad acrem exhalat. Ejus ℥ s. cum ℥ij. prædictæ massæ misceatur; Sicque habebitur Laudanum Epilepticorum, quod certissimè sanat. *Pro spiritu ⊕- adderem ego Arcanum Epilept. ex ⊕-o*

 *Suffocationum.*

℞. Prædictæ massæ ℥ij. extracti (de ficus de

cheuaux) puto lithonum, qui in tibiis equorum reperiuntur ℥iij. fit autem extractum hujusmodi cum aq. Meliss. destill. super ℥ij. carab. & Gagatis in retorta. △. violento: cum hac aq. destill. extrahatur in Baloen tinctura ficus, ut artis est, misc. illicò suffocationem sedat.

⊖. Corallorum & perlarum.

℞. Aq. vitæ pint. j. aceti destill. totidem, ⊕. rubificati & ⊖. com. ana ℥iiij. pone in retorta, urgeantur △. valido, habebitur opt. dissolvens ad corall. & perlas seorsim in matratiis.

Fiat dissolutio ad mixtionem prædictam; Laudani videlicet.

Aurum vitæ.

Fiat amalgama ex 2. partibus ☿rii mundati & una parte auri ♁io purgati per corium hircinum, exprimatur ☿ius, quod verò non transierit, rursum ut prius amalgametur & exprimatur, idque totum, donec solis uni drachmæ, ☿rii drachmæ 7. vel 8. jungantur. Postea solvatur aqua forti ex ⊕. p. ij & ⊖. nitri p. j. facta, cujus aquæ portio, ut ℥ij. ad pastæ ℥viij. vel 10. destillatione postmodum separetur & rursum affundatur cohobando, ad hunc modum fit pulvis rubicundissimus: hic in vasculo figulino positus inter prunas modicè candeat, exemtus ac frigefactus, abluatur in dulcedinem aqua rosacea, vel potius aqua lactis, siccetur & ad usum servetur. Dosis est junioribus denarii medii pondus, fortioribus & adultis denarius integer ad obstructiones, morbos interraneos, venereos, pestem, lepram, item ad ulcera depravatissima, si per os sumatur, sive unguentis & emplastris permisceatur.

Flores ♁ii.

Antimonium extolle ter dando ignem sublimationis, quo sublimetur totum sine ullo capite mortuo, & istud verum lilium dicitur, istud in reverberatorio vase hermeticè clauso decoque dando gradus ignis, donec albescat.

Hoc verum Arcanum secretioris Philosophiæ radix & fundamentum, quod qui non intelligit, illam non ingrediatur, aut tandem illa abutendo in paupertatem veniet miseram.

℞. Totum corpus mortuum, In quo nulla vitæ salutis spes vulgò relicta est, unà cum ossibus & cæteris toto in corpore contentis, cujus Metamorphosis pauca fit & vi potentioris numinis nymphas in amnem vertatur. Inde in calcem benè lautam & ab omni immundo defæcatam, hincque septies sublima, discat scandere ac descendere, quod si spirituum ab humanorum corporum excrementis exemptorum, fieri facto opus est, quo volatu facto, hinc omnia optimè mixta in marmoreum sepulchrum brevi spatiolo sita, uniusaut 2. dierum.

Mercurii vocabitur, & erit, nec adhuc vitalis limus aures capiet, quod ut agat profundum pete adhærentem, delatoque huic oleo, illo posito in B. sicco cinerum incalescente, illud tartareum mortuum aut nympham ipsam coeuntium hominum more os super os, & sic de reliquis membris amplectetur. Illicò mortuum ipsum mirabili factu suscitabitur, & vivet & regenerabitur, & quod mirabilius est generare poterit, & vivens super terram curret, & in aëre volare poterit, vel ut aquila & quam arduum hoc negotium sit, qui scientificentior est, validius illud miratur, nam omnia ad vitæ necessitatem secum assumet. Iterato tamen morienti persimilis videbitur, tum ejus beneficia impetrare poteris. Nam post imperfectum vivet, quod fit juvante arte naturam, nec est aliter in mundo, quod te validius, amabilius ac felicius, juvare in omni negotio valeat.

Superioris phaëtontis in nymphæum numen Metamorphosis.

Hoc phaëtonte accepto sine spiritu, illum in sepulchrum equinum ad 15. dies sepelito, post corpus extrahe, & illud destillare facias, quantum valebis, huic iterum sua urina imbibito iterum ut prius biduo sepelias, atque iterum ut prius urina constringas, postque si totum adhuc non liquerit in aquam, iterum biduo in husna tamen urina super corpus jacta & iterum megere, constringe donec totum liquerit.

Hoc tamen unum nunquam autem tua, labatur in mortem suscitatione, ut pro singulis unius prædicti corporis suscitandi ℥j. & si prædictarum urinarum in ipsa sublimatione ponat, quod 7es sublimatum, pone ad dissolvendum in aquam, quod in sepulchro marmoreo fiet, aut ponendo in alvum equi cum oleo baratri, ut 4. natet digit. & in illo sarcophago per 9. dies stet, & si in extractione mundus vivens fuerit, ipsum urinare compellito, sciens post urinæ emissionem vivificum spiritum immissurum sine dubio.

Si tamen breviusculiori in tempore, hanc in nymphæum numen metamorphosin videre tibi libet. insit, in arundineas thecas sepelito, ipsamque sepulchratam in aquam subjungito, itaut intus liquor minimè ingrediatur, nam in duabus horis advola, ad eris nympha, super quam archenitrum imponito, Deum utroque opus incalescente, & rem corpus spiritus ingredietur, & vita vivet, & vivendo morietur, quo Deum meliori vita fulcitato immortalis erit, & immortalem tibi felicitatem præstabit. Martem super sublimatum positum in &c.

His partibus in Apollineam dignitatem si Saturni phaëtonti intrahere tibi cupiditas insit, hoc sequenti Balneo tibi factu facilè erit.

℞. Salis petræ ℔j. alum. calcinati ℔j. ⊕. Rom. ℔ii. cinnab. ℥iiij. & fac aquam fortem, quam semel rectifica, in tum fac Saturni pheton balneo sior, donec dissolvatur in matratio cum collo longo △. lento & maneat supra △. per 4. dies, post evapora ▽ fortem per decantationem aut destillationem, & lavato Saturni animam aqua gelida putei vel vivi fontis & sicca, & reducas ipsam in corpus cum sui pondere borrai, in catino ferreo fortiter clauso.

Ex oraculis hanc habes aquam & similes non aliter figendi vim habere, nisi 7es vel 9es guttatim super fæces non omnino desiccatas reiterentur & singulis vicibus per biduum in ventrem equinum teneantur, & si etiam vis benè distillentur, omnino rectificentur & nota.

Miscellanea Chymica ex Animalibus & Vegetabilibus.

Huc pertinent quæcunque ex iisdem desumi possunt.

Essentia fit, si sæpius rectificetur cohobatione extractum & coaguletur, perpetuò fæces quædam separantur, quibus exemptis essentia restat.

Oleis destillandis & fructibus, ut baccis, nucleis, floribus, foliis, quædam unà cum aqua materiæ ad s. q. affusa addunt, tartarum crud. fermentum, fæces vini, sal.

Oleum è nucleis.

Exprimatur fortiter oleum è nucleis v. g. persici, in

in quod injice os sepiæ, donec plenè imbiberint, ossa oleo prægnantia, mitte in aquam, injice fermentum, destilla per vesicam, si opus erit, rectifica.

Herbæ siccæ si ante digestionem affusionemque ▽. com. paululum irrorentur spiritu vini, facilius dant oleum, quod nisi primò prodeat, cohobatione proliciendum.

Ligna rariora in aqua digesta cum fermento per alembic. destillata, dant. ol. puriss. Alii ea eliciunt per retortam, sed crassiora sunt: Alii per vesicam cupream, sed in parva quantitate. Solidiora ut guiac. Juniperi, irrorata cum ▽. & modico spiritu vini per descensum destillantur, rectificantur in retorta per arenam.

Resinæ omnes destillantur per alembicum seu Cucurbit. erectam cum suo capitello, antequam autem injiciatur resina, infunditur momentum ol. olivarum, & in XXo circumagitur, post immissam resinam additur arena, ne elevetur aut exundet, in arena rectifica, ut nosti.

▽. Canell. quibusdam fit cum spiritu vini, mihi potius cum vino ipso albo generosissimo: sic enim præter spiritum vini aromatica virtute volatili turgidum, extractum ipsius Cinnam. ut & vini residebit: Idem de Caryophill. cæterisque aromatis nota.

Olea aromatum, Anisi, Cinnamom. Caryophill.

Contusa valdè infunde per aliquot dies in calore moderato, cum spiritu vini, exprimantur, abstrahatur spiritus in B. M. residebit oleum copiosum extracto innatans, quod ab eo separandum erit digestione diutina: per quam quodvis in suam abit regionem. Postea si lubet, quod resederit, seu caput mortuum communi tractetur modo in refrigerio, & habebis oleum acre, ut vulgò fit. Fuliginis ad albedinem reverberatæ sal albissimum, ad ulcera, insigniter exiccans.

Essentia Cranii cum ▽. sanguinis sæpius cohobanda.

Lutum.

Cum sang. bubulo, cui pulverisata calx inspergatur vel penicillo illine sæpius, ut crassescat. & subitò mox siccetur, igni validè resistit. Hoc poterunt interiores fornaces illiniri. Item vasa quæ ignem experiri debent, potentissimè resistit.

Commune fit cum luto, fimo, lana, lixivio, aq. ⊖. urina.

Oleum expressione fit ex {
- Frumento, speciosum ad vires.
- Semine altercì (hyosciami) ad dolor. podagr.
- Semine Ebuli ad hydropem.
- Semine anisi addito aliquo liquore leviter insperso.

Oleum ex lignis Guaiaci, Juniperi, aromatis &c.

Possunt parari digestione longa in spiritu vini, mox destillatione, in fundo remanebit oleum. Idem è salvia, pulegio &c.

Aqua absinthii longa digestione absinthii sicci, in spiritu vini, ut 40. dierum, potest amarissima elici.

Aqua è succo berberis, acida instar aceti destillati, eodem modo.

Aquæ è rore solis & fraogula, colorem luteum retinent solæ, cum aliæ omnes colore destituantur. Tinct. Corall. Coralliorum tinctura fit iis dissolutis in succo Berberis; utrumque est stipticum & roborat.

Lutum pro igne & Aqua.

℞. Album ovorum in aq. agitatione reduct. q. s. farinæ volatil. ℔j. bol. armen. ℥iij. ʒvj. sang. dracon. ʒj. scob. casei ʒij. omnia simul validè agitentur misce, Lutum. ℞. luti figul. q. v. bol. arm. quartam partem, sang. drac. ¼. Calc. vivæ dimidiam luti partem, lanæ parum, cum aq. salsa optimè verberando, misc. ad vasa.



Magma ut crassius eliciatur oleum poterit in retorta destillari, quia facilius ascendit, in arena & ut vitetur ἐμπύρευμα, adsit stillicidium è gutturnio, quod arenam perpetuò humectet, non tamen inundet, subdatur ignis violentiss. nihil adusti sapiet in quavis operatione. Hujus ope ignis vim non sentiunt bocciæ vel retortæ, sed iteratò potest esse illarum usus.

Extracta Herbarum.

Omnea siccari debent, & absumpto proprio menstruo ab alieno extrahi essentia radicalis. In olla ut compendiosius fiat, ne ad extremum bulliat: alias enim terrestres partes spirituosis permiscerentur. Inclinando separetur non expressione. Coletur interposita linteis charta bibula triplicata sine alumine & glutine. Intra tres horas potest fieri extractum, si antea cineri tantum calidæ, ad digestionem fuerit imposita per triduum materia. Intellige de rebus ὑγροῖς.

Menstruum.

Optimum ipsique spiritui vini affine est, aq. roralis Majo mense collecta, destillata & per totum annum servata. Colligitur autem linteaminibus expansis, mox exprimendis, vel spongiis.

Serum lactis recens adhuc & dulce, essentialem naturam herbarum siccarum extrahit, bidui digestione, mox destillatione. Ex odoratis oleum copiosum ascendit.

Aqua pluvialis cum ⊖. destillata optimum menstruum.

Purgantia vulgaria.

Genistæ semina ad ℈ij. purgant validè pituitam & serum: inprimis conferunt Hydropicis instar Ellebori cum vino.

Baccæ spinæ cervinæ, quæ colore luteo tingunt, in magna copia integræ in ampla olla obturato operculo digestæ, ad ignem per triduum aut minus, in prima aquæ affusione, dant egregiam & puram essentiam quæ crebris affusionibus extracta, coagulatur sine expressione instar. pill. purgant bilem & pituitam, è capite trahunt sensibiliter. Dosis ad ℥ſ. leviter purgat.

Cortex medianus frangulæ luteus, pro Rhabarbaro. Dosis extract. ʒj. crasse comminutus & siccatus coquatur in olla, vel extrahitur ut artis est.

Cortex medianus berberis arcanum ad Purgandos hydropicos, & sitim extinguendam.

Item ex Rhabarbaro monachorum & oxylapathi radicibus, ex cort. med. sambuc. & Ebuli ad hydropem. Extract. Cyclam. ad ℈j. cum correctivis.

Esulæ radix, Esula dulcis Tragi, benignum purgans.

Bryonia nigra, sigil. Beat. M. sicca & in taleolas incisa, extracta instar Mechoacæ, purgat pituitam à capite absque molestia. Dosis ʒj.

Mercurial. extr. è sicca validè purgat bilem, ad ʒj. ad summum.

Gra-

Gratiola.

Vitis nigræ cortex radicis flavus, valdè purgat pituitam ad ʒß, extractum per sudorem & urinam. Frater Pappi. D. Argent. infuso ligni istius fruticis in vino usus est aliquot septimanis, & curatus ex abscessu ingenti frigido desperato.

Cortex contusus & appositus vesicatorium præstat, unde rustici hoc penè aures locato odontalgiam curant.

Semin. Carthami extractum, & oleum per torcular expressum ante essentiæ extractionem, cùm saccharo detur oleum. Si sal addatur extracto, duplo fit fortius.

Sal Sambuci & Ebuli, vel cineres cum vino albo, dentur hydropicis. Genistæ, vitis nigræ, Juniperi, calculosis. Fraxini item.

Sal Buphthalmi in vino datur ad ʒj. vel cinis ad ℥j. ad calculum. Declinante morbo, detur singulis vel alterniu diebus, per 15. dies pillul. ex ℈jß. Myrrhæ, quæ in posterum reiteretur singulis mensibus semel ad partium robur.

Semen Aristol. long. ad ʒj. validè purgat per vomitum & secessum.

Essentia Tritici.

Extrahatur cum proprio menstruo rubicundissima. Ad reficiendos ægros, cum aquis odoratis vel proprio phlegmate actiore.

NB. Ex tritico diu putrefacto digestione, per refrigeratorium extrahitur phlegma, instar aq. vitæ. Refrigeratorium vas sit ex vesica satis capaci ovali penè, collo lato, non ita oblongo. Capitello ex unico frusto, quod malleo constrictum sit & coarctatum. Sit v. capitellum latum, altitudine 2. digitorum: sic enim & plures ascendunt & citius condensantur vapores.

A latere vesicæ adest tubulus, per quem aqua immitti potest, si opus, sit intracto capitello.



Capitellum exemptile cum dimidio refrigeratorio, ut facilius ejus forma conspici possit.

Observationes.

Resinæ liquidæ & similia, ne in distillatione exundent, admisceatur parum arenæ lotæ, lentoque igne urgeantur.

Ne exundet resina, Thereb. Cucurbitam prius oleo inungatur, vel oleum infunde & rursus exime. Semina quæcunque & aromata tenuiter contusa destillantur per ascensum in arena cum refrigerio, affusis pro ℔j. specierum aq. ℔vj.

Ignis Suppressionem vid. Tyrocin. Gummatum, cæterorumque valdè ascendentium ebullitio, coërcetur, appositis circa retortæ superficiem summam, ignitis carbonibus, donec ea probè incalescat △. nam sicut subjectus sursum pellit, sic supernè impositus deorsum.

Oleum Human.

℞. Adip. human. liquefact. ℔j. ⊖. ℥ij. arenæ lotæ ℔ß. fiat amalgama in retorta & cineribus lento igne eliciatur ☋ crassum: rectif. cum aqua pluv. & ⊖., vel ⊖ nitri.

Essentia corp. humani.

Corpus sani & bene temperati hominis mediæ ætatis suffocati, sumatur totum, excepto cerebro & intestin. & ossibus contundendis, ad eximendam medullam, ponantur omnia in ollis terreis novis, suspendantur in aëre, ita ut nec à ☉, nec à pluvia attingantur: operta sint vasa, generabuntur vermes, ex quibus extrahitur essentia per retortam.

Oleum Aromat. absque igne.

℞. Spiritus vini ℔iij. distilla ut redeant ad ℔j. jam sume Cinnamomi, Caryophill. nuc. moschat. myrrhæ, ammoniaci, galbani, gumm. elemi &c. trita omnia, ut vis, injice in spiritum vini, & in fimo sepeli per 3. dies, ☋ supernatabit.

Ol. Croci, Cinnam. Caryoph.

℞. Croci ℥ij. ol. amygd. d. ℥iiij. ▽ vitæ ℥iß. m. f. & post digestionem aliquantulum bulliant in XXo, ad consumptionem aquæ.

☋. Nuc. moschat. per expressionem.

℞. Pulv. ex nuc. moschat. irroretur leviter vino, & desicc. lento igne, ita tamen, ne vinum penitus absumatur, fiat bis vel ter, exprimatur torculari.

Moschum.

Extrahitur cum spiritu vini Therebintinato, h. e. in quo Therebintina prius infusa fuerit.

Eadem ratione Castorei essentia, cujus gutt. j. feliciter exhibetur cum destillato salviæ, anthoa, betonicæ ad Tremorem, spasmum, & nervorum affectus. NB. Est opii correctivum.

Oleum Mastich. Thur. Thereb gumm. Hederæ, Myrrhæ, Sarcocolla, Lacca, Styrac. Benjoin Euphorbii.

℞. ℔j. pulverisat. impone XXo affunde aquæ com. decoctæ vel stillatitiæ, & spiritus vini ana, ut supernatet 4. digit. occluso vase putrefiat in fimo per aliquot dies, destilla in arena, vel limatura ferri per gradus. exibit 1. oleum pulchrum, flavescens, cum liquoribus affusis, pone seorsim; aucto igne prodibit rubicundum, crassum, tandem & adustionem redolens, hoc ultimum cum spiritu vini, quod primum exivit, iterum digere, & postea destilla, & habebis.

Oleum Bdellii.

Bdellium aceto radicato per hor. 12. digeratur ad perfectam dissolutionem, coletur per setaceum, fæces sepone, quod purum est mitte in retortam vitream cum media parte silic. calcinat. appone recipiens, adde ignem per gradus per hor. 12.

Item fit ex Galbano, Ladan. Opoponac. Sagapeno, Ammoniaco, ad molliendos tophos, duritiesque hepatis, lienis.

Oleum Succini.

℞. Carabe flav. in pulv. redact. ℥xij. ponantur in retorta, nullo luto obducta, cui superfunde vini albi opt. tantundem stent in fimo vel B. M. per 15. dies, his elapsis fiet materia instar pultis, admisce arenam in Cineribus. (potius arena) da ignem per gradus ad extremum.

Oleum ceræ.

℞. Ceræ opt. ℔j. minutim incide, & in patella liquefiat, refrigescat, affundatur chopina 1. Schöppin opt. vini albi, agitetur multum baculo, sinatur ita per diem, abjiciatur, vinum liquefiat iterum, refrigescat, incidatur, & in vase cupreo cum capitello vitreo destilletur: NB. Quidam addito ceræ Talko, se limpidissi-

pldissimum & optimum oleum, malignæ omnis qualitatis expers, extrahere profitentur.

♉ Castorei.

℞. Castorei ℔ß. spiritus vini, ut supernatet 6. digitis, digere lento calore, per retortam ex cineribus destilla. NB. Potest fieri cum spiritus Thereb. vel therebint. crassa, fiat digestio longa & destilletur lento calore, rectificetur in circulatorio, affusione spiritus vini.

Essentia cran. humani.

℞. Cranii juven. In mortario alcoolis. q. v. digeratur per se in boccia sub fimo equino per 8. dies, tum per ignem cinerum extrahatur phlegma, affundatur ▽ vitæ magmati, ita ut superemineat, & post reiteratam octidui digestionem extrahatur per cineres, aqua servanda reaffundatur nova aqua vitæ, digeratur, extilletur oleum croceum, diligenter observandum. Fiat ut supra, exibit oleum rub. seorsim reponendum, croceum oleum cum aqua secunda rectificetur. Dosis gutt. 1, 2. 3. in opt. vino per 15. dies vel 20. ad Epilepsiam: longiori tempore podagram curat, & interioris & exterioris usus est. Potest in podagra dari cum ▽. vitæ; in Epilepsia cum aq. pæoniæ; In debilioribus valet oleum croceum, in robustis, rubeum.

Sal urina.

Fit ex ea diu in calido putrefacta & per exhalationem coagulata, nonnulli V. adduot.

Ad obstructiones & fœdos colores.

Oleum stercoris vaccini ex floribus comestis, vel potius aqua suavissimum odorem spirat.

Urina arcanum.

℞. Urin. pueri non bibentis vinum q. v. serva, donec putrescat: injice vitriol. in furno pistoris post exemptum panem exiccat. ana, relinque, donec dissolvatur, filtra, & per alembicum destilla. primò prodiens aqua pura valdè anodyna est in omnibus inflammat. secunda præstantior: ultima est spiritus, qui valet ad dissolut. perlarum & corallorum.

Caphura artificial.

℞. Mastich. Sarcocoll. ana ℔j. aceti albi bis destil. ℔vj. distemperata ponantur in phiala magna & fimo equino per 6. dies, dein ad ☉ per mensem, fiet caphura. NB. Si cum urina Mastiche destilletur, fiet caphura.

Saccharum Candi faciendi modus.

℞. Calc. vivæ ℥ij. ▽. com. ℔ij. misce in vase XXeo vel terreo per 4. vel 6. dies, agitando semel quotidie, resideant, per inclinationem separa aquã limpidiss. accipe Cassoo. sacch. ℔vj. clarific. cum album. Ovi, & alteræ aquæ adde aquã supradictam, coq. ut syr. rof. & repone in ollam aptam.

Caphura Ol.

Injiciatur caphura crassiusculè trita aqua fort. com. tepidæ in fictili Bellonaco, supernatabit: cochleari argenteo colligatur, ad podagram, si ungantur partes, & illicò applicetur empl. ex cera ova & gum. elem.

Lac Caryophillorum.

℞. Eorundem opt. ℔j. triti crassè digerantur in aqua vit. opt. & ▽Ros. cyatho dimidio: destill. in retort. ad ign. cinerum, primò emanabit spiritus vini mox aqua lactea, quæ mutato recipienti, essentia Caryophill. pleno, sedulo colligenda est. Ad conceptionem ol. moschi si sumatur & illinatur. Tormina ventris cum vino puro fugat. Venenis adversatur. Ad dolores arthriticos applicetur. Dentes dealbat, gingivas roborat, si cum pauco ol. ♀. misceatur, & ad fucum adhibetur.

Essentia Mellis Mauritii.

℞. Mellis opt. despumat. ℔iij. colentur & in vase XXeo digerantur cum opt. aqua vitæ, quæ linteum urat, per 15. dies, addendo Cinnamomi q. v. sic essentia prægnans apparebit. residente in fundo nubecula, quæ est mellis caput mortuum, separetur aqua deaurata, & in alembico, in cujus fundo sit parum aq. moschar. distillatur. Ita habebis mellis extractum, cui adjice, si lubet, aliquantulum moschi, serva in vase probè obturato.

Usus. Cochlear unum sumatur singulis matutinis ad renulas, affectus pituitosos ventriculi, & viarum urinæ, vertiginem, Asthma &c.

Potest ad calculum huic addi aq. Eringii, cum pauco vino albo vel sequens.

Liquor crystalli.

℞ Crystalli nitidiss. q. v. pulverisa & in ✢. amplo stet in furno vitrarii per 6. vel 4. dies, bis vel ter in die agitando, donec calcinetur, mox in XXo digeratur in B. cum ✕ter distillato per 9. dies, ✕tum non inclinatione, sed evaporatione separetur, ita residebit calx crystalli, ex qua paretur sal, ut artis est, quod abluatur bis vel ter cum phlegmate spiritus vini, siccetur, dissolvatur in humido. Dosis gutt. 8. vel 9. cum liquore aut jusculo appropiato.

Essentia corallorum & perlar.

Extrahatur per balneum vaporosum è baccis juniperi ante oleum liquor acidissimus, (post longam digestionem) affunde corall. pulv. in vitro i digere in cineribus, extrahatur tinctura corall. exhalet menstruum, & remanebit in fundo pulv. rubeus, quod jusculo immissus tingit. Mirè roborat. Idem de perlis.

Oleum Vegetab. capias. in organ. XXeis.

Fiat expressio herbæ totius (exceptis seminibus, quæ seorsim possunt destillari,) succus expressus destilletur in arena, alembico vitreo recto, donec nulla amplius aqua exstillet, affundatur novus succus magmati, in alembici fundo residuo, destilletur denuò, fiatque ut supra, toties reiterata destillatione & affusione, donec cucurbita alembici è dimidio plena sit succo spisso (qui succus totus ferè oleum est) humectetur succus spissus aquis, quæ extillarunt, donec ita sit liquidus, ut ex Alembico possit in retortam transfundi per infundibulum, urgeatur igne arenæ calidiss. oleum per floccos stillabit, na amoveatur ignis, quandiu manabit aliquid, nec tamen omnia adhuc sunt extracta, affundatur ergo denuò aqua stillat. ei materiei, quæ restat in fundo retortæ, aqua inquam calida, ne disrumpatur, neque enim vel ignis extinguendus, vel ab eo removenda erit retorta, donec omnia pertransierint. Recipiens sit satis amplum.

Dubium est, an oleum quod post aq. limpidam per floccos extillat ἐμπυρευματικὸν non sit, quod affirmatur: Tollitur autem ἐμπύρευμα, si olea in matratiis statuantur in B. M. vasis subere obturatis, stentque per triduum. Evanescet procul dubio omnis hæc qualitas.

NB. Olea quæ cum aq. miscentur, possunt, si lubet, in alembico recto separari per destillationem ad cineres, sed maxima est virtus eorum cum propria aqua per mixtorum, Cognoscuntur ex tinctura quæ aquæ inest.

Magisterium vegetabilium omnium.

Magisterium nihil aliud est, quàm operatio talis, in qua nihil de subjecti substantia perit, præter cap. mortuum fœculentum & inutile, & per quam qualitates ejusdem separantur, atque iterum conjunguntur. Hinc philosophi inquiunt, hanc esse secretorum naturæ clavem, si conjungendi & separandi modus notus sit. Clyssus à Theoph. appellatur.

Magma calcinetur, extrahaturque Alkali cum proprio phlegmate, separentur, misce aquâ ♧ & ⊖, fietque aqua oleosa, vel oleum igneum. sal quippe mixtum efficit, ut facilè aqua cum oleo permisceatur.

Oleum & aqua perlarum.

Pulverisentur in marmore, (quod ob duritiem valdè operosum est) ponantur in scutell. vitrea affusa aq. salis nitri, quæ in Antho dulci descripta est, (si non habeatur, eodem processu paranda est) donec 4. digit. supernatet, cooperiatur assere, relinquaturque absque igne tertio quoque die, superficiei aquæ innatabit glacies quædam modicè spissa, quæ ligneo cochleari delibanda erit. Intra tres septimanas perlæ omnes in glaciem sive cremorem abeunt, (saltem, inquit καλομελας, intra prædictum temporis spatium è 2. scutellis ego ℥viij collegi,) Tunc affundatur nova aq. salis nitri (quæ nulli inservierit usui) glaciebus prædictis, ut 2. digit. supernatet. In maceratio stet in B. M. per biduum aut triduum: mittantur in retortam vitream perlutatam, urgeanturque igne aperto per gradus; j. aqua salis nitri prodit instar phlegmatis: mutetur recipiens, & augeatur ignis, aqua perlarum prodibit limpida adhuc: sed in vaporem stillabit, nec guttatim exibit, ut aqua nitri, & dealbabit caput recipientis, ut in spiritu ⊕. videre est, fumo videlicet albo. Cum vero oleum stillaturum est in guttas, perlarum instar, lucidum & album, aut instar lactis, caput recipientis, quod ante fumos obscurabatur, clarescit, sicque permanet oleum, quod cum aqua permiscetur, nisi mutetur recipiens. Potest tamen separari destillatione in cineribus per alemb. rectum, aqua prima stillat, oleum in fundo remanet.

Vires. Oleum pro fuco, quod Talko nequaquam inferior est, usurpatur, at cum majoribus impensis in palpitationibus cordis ad 2. guttas. Cardialg. suffocatione hyster. febribus, pleuresi. NB. Inprimis suppressioni menstruorum medetur, quæ provocat bis vel ter sumptum ex vino Hippocratico.

Essentia Corall. quæ est excellentiss. tinctura, & tinctura instar laccæ rubea.


Vide infra aq. vals. dissim. ad resolut. tales. per lar. corall. &c.

℞. ♀. Monspeliens. ℔j. pulveris. cum ℥iiij. sal. nitri calcinentur in ✢, albescet intra dimidium horæ quadrantem. Effracto ✢bulo, teratur ♀, & in alembico vitreo magno statuatur, superaffusis aceti opt. pintis iij. Exhalet ad medias igne arenæ, reliquum destilletur, & sic habebitur Acetum radicale dictum. Reaffuso eidem tartaro novo aceto fiat denuò suff. quantitas pro quantit. Corallor. supra ℔j. ♀ri possunt destillari ⋇ pint. 6. Corallum pulveris. immittatur huic ⋇, & in B. per 3. horas dissolvendum exponatur. Dissolutio artificiosa inclinatione per linteum in novum alembicum coletur, ut exhalet in arena, in fundo remanebit Corall. album, supra quod fiat exhalatio aq. rosar. aut alterius, ita ut 2. digit. supernatet. Demum siccetur apprimè ad ignem iterentur dissolutiones, videlicet reliquorum Corallorum nondum dissolutorum, & evaporationes, donec dissolutum sit totum corall. ⋇ semel tantum prodest, & exhalari debet: aliàs enim stillaret omnis virtutis expers, cujus tamen acrimonia per ℣ Rof. aut aliam perit.

Corallum ita præparatum, quod est instar pulveris nivei ponatur in retorta vitrea, (aut vase quod Cupri de Beannais nuncupant) perlutata cum recipiente ad ignem validum apertum. Totum in aquam stillabit, nec quicquam in fundo vasis remanebit. Aqua hæc limpida erit, urens instar aquæ vitæ seu spiritus vini: in se continet veram Coralli essentiam rubram, quamvis imperceptibilem. Aqua hæc si in alembico ad ignem cinerum destillatur, essentia in fundo remanebit, gratissimi odoris. NB Aqua vitæ corallorum ista extrahit tinctur. corall. instar laccæ rubeæ, si pulverisata in ea infundantur.

Vires. Sanguinem depurat, obstructiones Epatis & lienis tollit, ulcera persanat tibiarum & mammarum. Si usus sit aquæ, extrinsecus: Tincturæ vel essentiæ, intrinsecus. Dos. essent. gutt. iij. tinctur. gr. xv. Lotio ad ulcera fit ex aq. vit prædict. ℨj. in cyatho j. aq. alterius destillatæ: Ad fistulas.

Vasa talia sunt in quibus fit destillatio.



Datur aq. flor. til. vel pœon.

Extract. Malvae.

℞. Aq. vit. mens. ij. Cinnam. ℥ij. Caryophill. ℥iß. Mell. ℔j. Sacchari. ℔ß. digerantur per 15. dies. destill. in B. M. cochlear. affundatur mens. j. opt. vini albi.

Cauter. Zvvingeri.

℞. Albi nihil passi vel ✢. vivæ p. ij. minii p j. Saponis fullonum vel nigri q. s. pulveres coq. cum sapone, fiantque globuli, utendi ut artis est.

Oleum Sapon. ad Ischiad. ad Saponem ex sebo humano confectum.

℞. Sapon Venet. q. v. incid. minutim & affundatur spiritus vini, ut contegat saponem: macerentur per aliquot ♂. destilletur in B. M. donec aqua exierit, & incipiat stillare sanguin. instar, transferatur (forsan Cucurbita) CC. in cineres, & valido igne extrahatur per diem & noctem liquor rubeus. Ego in retorta paravi.

Corall. magist. per ignem Magicum.

℞. pulv. corall. rub. subtiliss. trit. q. v. scutellæ vitreæ impone, affuso ⊕. spiritu à phlegmate separato. Illicò bullire incipiet, quasi ignis esset subditus: color rubeus, per bullas disruptus, statim evanescet. Spiritus verò lacteus spumæ albæ commixtus videbitur. Crassior verò materia fundum petet, fœculenta & inutilia. Lacteum illum & spumantem spiritum in arena igne fortiori destilla, quod in fundo remanebit, erit impalpab. dulcoretur frigentis aquæ cœlestis destillatæ

destillatæ affusione. ☉. expositum siccetur, in ore butyri instar liquescit. Ad menstrua inordinata stomachique robur.

Idem fieri poterit ex seminibus marinis, (vel margaritis) & omnibus gemmis.

Margaritæ solæ possunt in ⚹ distillari, abstrahatur ⚹ per spiritũ vini, filtratione habebis niveum pulverem, qui manui impositus liquescet à calore in lac. pertinet ad præcedens magist. corall.

Oleum Therebintina.

Opt. lavetur Therebint. in ▽. calente, mox adsit boccia lutata, quæ intus madefiat, & circumagendo obducatur, aspergaturque pulvere laterum: siccetur, indatur Therebint. lota cum manipulo pulv. laterum, addatur capitellum, & in furno venti datur △. per gradus.

V. Spiritus & oleum.

℞. V. crudi q. v. destilla per retortam △. aperto cum recipiente grandi, exibunt spiritus albi, tandemque ol. crassum, nigrum fœtidum, separa ad exiccanda ulcera, ▽. separatam seu spiritus rectificabis, facta cohobatione in nova retorta ad 3. vices, ita abibit fœtor. Ad omnes obstructiones. ut virtutem augens, digere in B. M. cum spiritu vini per aliquot dies, separa spiritum vini & erit melior.

Tinctura Corallorum.

Calcina Corall. in reverber'o secundi gradus, ne forte △is vehementia eorum tinctura evaporet, adde pulverisatis in ⚹ spiritũ vini tartarisatum, (quo ad gemmarum dissolutionem & spiritus extractionem opus est:) ut superemineat viij. digit. digerantur in B. vase hermeticè clauso per 10. dies, donec menstruum tincturam asciverit. Separa in B. M. & remanebit in fundo. Dosis gutt. 1. vel 2. cum ▽. cichor. aut fumar. alii dant ℈j. cum theriac. ʒj. Tinctura margari arum eodem modo præparatur, ad robur cordis, pestem, venena, feb. continuas & malignas.

Essentia facc: ari rubicundiss.

Fit affusis 6. vel 7. guttis aceti radicat. sacchari ℔j. quæ solvantur in calido. solutorum extrahatur tinctura cum spiritu vini, & coagulatur ut artis est.

Oleum Caphura.

Radici undique cavat. Enulæ campanæ vel raphani, inde Caphuram cum oleo amygd. tritam, obtura, suspende in cella, destillabit oleum, ad vulnera & ulcera.

Extractum Agarici compos.

℞. Agar. albiss. ℔iij. extrahe cum vino absinthii & succo absinthii, extracto colato & expressu adde agarici ℔jß. digere ut supra, expressioni adde pulver. Mastiches ℥j. ZZ. ℥ß. Zedoar. ʒij. Cinnamomi ʒß. polypod. ℥ij. sem. anisi, fœniculi ana ʒij. Rhabarb. ℥ß. macerentur in arena calida per biduum, coq. & coagulentur instar pillul. ponantur in vesica bubula, addendo vini cidoniorum, ol. absinthii ana q. s. siccentur in ☉. donec crassescant: ponantur in cucurbita, addatur bonus Medo vel ▽ a mulsa, (Meth) destilletur lento △. habebis extractum optimum phlegmagogum specificum.

Extractum Ellebori compos.

℞. Radic. Ellebori suo tempore collect. ℔iij.

tecentes laventur in aceto acerrimo, in quo relinquantur per 4. dies, paulatim ebulliant. vase benè obturato, donec radices mollescant, quibus aliquid aceti frigidi affundatur. Detracti cortices à medulla imponantur aceto recenti, & macerentur in arena per 5. dies, ut mollescant instar pultis, refrigescant sua sponte & contundantur: his in vase proprio adde agar. albiss. ℥ß. hermodact. ʒij. Turpethi ʒvj. aloës epat. ℥j. ZZ. ℥ij. Zednar. ʒj. croci ʒiiß. ligni aloës ʒß. infund. omnia cum succi absinthii & vini Malvatici ana s. q. macerentur per 2. vel 5. dies, coagula ut artis est extractum, in vesica bubula exiccetur ad ☉: pulveris. dissolvatur cum spiritu vini & ⚹ scyllit. coaguletur iterum, habebis croceam extractionem, consistentia sit ut Theriacæ.

Oleum Caphura.

℞. Caphuræ ℥ij. sal. com. ʒj. Tartari usti p. iij. Terantur optimè. & affundatur lac, fiat instar pulmenti, in vitrea cucurbita macerentur per triduum in arena, adde vini Malvatici ℥iij. fæc. vini opt. cochl. j. benè perlut. destill. in arena lento △, oleum habebis albicans quod purius ac debilius reddetur, rursus cum spiritu vini destillatum, separetur ab ▽. s. a.

Oleum Myrrha & gummat.

Dissolvantur aceto acerrimo, fiatque instar pultis in *CC.* cum spiritu vini infund. & macerentur loco calido per 3. vel 4. dies, destill. crassa materia cum spiritu vini; rursus digeratur, addita sal. gemmæ, tartari usti ana ʒß, oleum clarum exibit, separetur per infundibulum.

Oleum Cera.

℞. Ceræ ℔j. scindatur minutim, addatur q. s. ▽. desumptæ ex butyro non salito, ponatur in olla vitreata, fiat instar pulmenti, collocetur in *CC.* adde pulv. baurach. ℥ij. ⊖. com. parum, aq. fort. ℔iij. liquescat ad △. lentum æquabiliter, nec opus præcipitetur, à calore enim nimio materia ascendet.

Oleum ovorum.

Vitella ovorum indurata, tandiu agitentur donec oleosum quid præbeant, exprimantur prælo, liquor, addita ▽. mellis in *CC.* vitrea destilletur, exibit oleum luteum, ad ulcera & fucum.

Oleum Croci.

Crocum tritum (ut ad ℥ß.) instar pulmenti fiat cum albumine ovorum, adde pulveris. tartari usti, sal. gem. ust. ana ℥ß, misce omnia & cum aq. butyr. salsi q. s. incorpora: macera per 3. ☍ in arena, affunde spiritũ vini ℥iij. destilla: pro ▽. butyri poterit addi mellis ascendet ol. rubicundum. Ignis sit mediocris.

Oleum Benjoin.

℞. Benjoin. pulverisati ℔ij. in olla aspergatur acetum ros. supra carbones liquescat, auferatur ab igne per se, refrigeretur, in vesica ponatur affuso ⚹ ros. acerr. siccetur ad ☉, in *CC.* lento △. destilletur, additis flor. rosmarini, lavendulæ, santali citr. spicæ ind. ana ʒß. vini sublim. q. s. exibit oleum pellucidum. Eodem modo tractari poterit Aloe Hepatica.

Oleum Ladani.

℞. Ejusdem pulverisati ℔ij. infunde eum ⚹ acerr. maceretur in arena in olla, donec nigræ Thereb. formam acquirat, ponatur in vesica, cum ▽ rosar. & spicæ lavetur per aliquot dies, deinde exiccetur. Tum ℞. santali citr. ʒij. Mastiches ʒß. nuc. mosch. lig. aloës ana ʒß. spic. ind. ʒjß. Cinnamomi ℈ij. flor. rosar. violar. lavendulæ ana M. ß. coq. ad ℔jß. in vase perlutato: destilletur cum spiritu vini, in cucurb. addita tartari usti, sal. gemmæ ana ℥ß.

Oleum Styrac. calamita.

℞. Ejusdem trit. & in aceto rosar. macerat. per 6. ♂, exiccatæ coctione, q. v. instar electuarii coaguletur, imponatur vesicæ, affusa ▽. siccetur in ⊙. ℞. Flor. rosar. lavend. anthos ana Mj. cort. citri, santali albi & citr. ana ℥ß. lig. aloës, cass. lign. ana ʒij. Mastiches ʒß. infunde in aceti & aq. Lavend. ana ℔jß. in arena calida per 4. dies. potest addi stœchad. Arab. Origani ana M ß. Coq. ad ℔j. exprimantur fortiter, coaguletur reliquum instar electuarii, destilletur in arena cum vin. Malvat. vel ⚹ acer. addit. sal. gemmæ ʒj. Tartari usti ℥ß. oleum odoratissimum ad pomum ambræ.

Oleum Santali.

Fit ex santal. citr. ℔j. vel ejusdem & albi ana ℔ß digestis in aceto rosar. s. q. cum pulv. rosar. rub. ℥ß. lig. aloës ʒij. flor. lavend. anthos. stœchad. ana M ß. thymi, epithymi ana p. j. mox coagulatis instar electuarii, dissolvatur extractum cum spiritu vini, vel ⚹ rosaceo, distilletur cum ⊖. &c.

Ol. Rutæ.

Ex semine asperso ⚹ acerrimo, mox in vesica cum spiritu vini, vel △. com. distill. Usus est ad venena.

Oleum flor. Jasmin. aliorumque odorat.

℞. Amygd. decortic. & contritorum q. v. fiat SSS. in vitro, digerantur per 8 duum, exprime.

Ol. Been.

Fit eodem modo: vel amygd. torrefiant conquassatæ, & ubi adhuc fervent, aspergantur pulv. been, storacis, benioin exprimatur. Item misce: pulvis cum vitellis ovorum, coctis ad duritiem, fiat expressione oleum.

Laudanum opiatum.

℞. Opii ʒvj. succ. hyosciami ad mellaginem inspissati ℥j. idque extrahe in ▽ vitæ ad ⊙, vel Balneum, adde mumiæ ʒj. tum ℞. Specier. diambræ ℥ij. seorsim infunde spiritu vini, cautè defunde super opium, extrahatur spiritus vini, & subsistentiæ novum spiritum diambratum affunde tertiò, quoad omnem graveolentiam exuerit, tandem ℞. succin. albi, corall. rub. ana ℈ij. Croci ℈j. misce cum opio & spiritu vini, digere per octo dies, ubi cœperit exiccari, adde moschi gr. xvj. ambræ gris. gr. x.

Margarit. artificiales.

℞. Olei ♀is per campan. extracti ℥ij. ⊖. com. præpar. ℥ß. in retorta cum recipiente perlutato igne cinerum graduato urgeantur. ℞. hujus liquoris ℥j. sem. perlarum ℥ß. misce illicò, margar. dissolventur in aquam limpidissimam, tunc liquor exstilletur, donec remaneant margaritæ instar pastæ. ℞. hujus pastæ ℥j. Mastich. gum. Arabici ana ʒij. misce omnia in marmore candido, fiatque pasta, è qua cum modulo argenteo debitæ magnitudinis formentur uniones, qui filo argenteo perforentur; siccentur per se, sicci includantur pasta hordeacea satis solida, & in clibano instar panis simul coquantur, ut indurescant, includantur denuò pasta hordeacea: fiatque ter ut duriores evadant. Ad splendorem verò conciliandum, transfigantur omnes uniones prælonga acu argentea, circumagendo tanquam si carnes veru transfixæ torrerentur, ut è longinquò ignem sentiant. Ita ratione Mastiches & gummi efflorescet splendor, naturalis æmulus.

Huc transfer oleum ex Perlia de quo supra; hoc enim potest illis splendorem summum conciliare.

Fur quidam cornua boum ita mollificarat, & aliter flexerat, ne videlicet boves agnoscerentur. ℞. panem ferventem jam jam ex furno extractum, & its cornibus transfixit, & flexit quo voluit.

Frigida præmittas calidis & mollia duris.
Præmittas calidum frigidis, & mollia duris.

Affectus omnes sunt vel
- interni, afficientes
  - totum corpus ut febres;
  - partes singulares
    - caput,
    - thoracem,
    - abdomen,
    - artus.
- Externi vel quod sensibus obvii sunt, etiamsi in interioribus fomitem habeant.

Morbi in genere.

Ad deploratos morbos, pill. viol.

℞. Auri foliati ℥j. margarit. non perforatarum ℥ß. florum ♂ii. aspalthi ana ℥j. croci oriental. ʒij. myrrhæ, aloes succot. ana ad pondus omnium, F. massa, cujus dosis à gr. iiij. ad vij. vel x.

Ad morbos futuros diaphoretic.

℞. Alcool vini correcti, mens. ij, mellis mens. ij. vel ℔ij. ZZ. ℥iiij. Theriacæ, Mithridat. Tripheræ ana ℥j. sp. bezoardicar. ℥ſ. reduc ad formam Theriacæ.

Pan. Heracbeat.

℞. Lascivæ conjugis, à marito per flammiurum bonæ Deæ oleum domatæ gr. ij. iij. iiij. datur è conser. ros. ad omnes morbos.

Febres in genere.

Pill. Quercet. ℞. Antimon. præpar. ℔j. sacchar. ℔ß. fiat pulvis, distillandus in arena, vel Balneo, hujus olei accipe ℥ij. Aloës succotrini ℥j. ambræ ℥ß. Croci ʒvj. F. pill. dentur cum conser. borrag. ante accessum, inducaturque sudor. NB. ℞. Succi tapsi barbati ʒij. cum tanto vini boni albi, detur ante paroxysmum.

Extractum è succo ὀμφακῶν, coagulatum acerrimum, pro ⊕ absque periculo, sitientibus exhiberi potest.

Vinum stibiatum tempore vindemiarum. ℞ vini opt. ℔. sex, vitri ♂ii, vel potius flor. pro quavis ℥. gran. viij. conser. rosar. ℥v. aq. Cinnam. ℥v. insolentur in ampulla probè obturata aliquandiu: Dosis à ʒiv. ad ʒvj. Vomitu & dejectione purgat.

Diaphoret. in malignis febribus est extractum Scordii. Sal mumiæ in cibo & potu ad febres prodest.

Ad febres. ℞. hord. mund. M ß. coq. in mens. ij. aq. in fictili vitreato ad 2. digit. consumptionem, facta

facta coctione, dum adhuc fervet, injiciatur galion cum toto ana Mj. sinas in infusione horis 24., coletur, propinetur frigide quavis hora, loco alterius potus.

Ad sitim. ℞ suc. granat. & limon. ▽. rof. & Endiviæ ana ℥ij, sacchar. rof. ℥iij. F. julep. cum ▽. hordei. ℞ salis per se, salviæ, rutæ, absinthii, majoranæ, aceti, q. s. involvantur linteo, applicentur per horam ante paroxysmum.

Syrupus acidus ad febres. ℞ sacchar. opt ℔ j. cum ▽Rof. coq. ad consistent. Syr. adde circa finem coctionis ol. ⊕. gutt. 20. servetur in vitro: potest sumi initio accessionis ad 2. vel 3. cochlearia, patella ferrea. Sitim potenter sedat nitrum in ✢. ustum, & in ahenam projectum, si residuæ massæ aliquid in ▽. dissolvatur. Ad ariditatem linguæ, in febribus præsertim. ℞ Sem. pomor. pyt. vel cidoniorum, involvantur nodolo, & infundantur aliquandiu in aq rof. & aceto, abluatur os, & fricetur lingua & palatum sæpius, reiteretur muteturque nodulus. Ut citius variol. erumpant, Germanus quidam Medicus radicem anchusæ butyro, adjectis aliquot granis castorei, incoquit, dein initio sorbendum exhibet i vocat ong. citrinum. (Decoctum ex caricib.) Item conveniunt duo lintea in succo apii & fœnicul. inuncta quibus æger tepide obvolvendus. ℞ laccæ lotæ ʒvj., lent. ex corticat. ℥j. gum. tragac. ʒiij. aq. ℔ß. F. decoctio ad dimidias.

Ad oculos protegendos à pappularum nocumento. ℞ licii, acaciæ, croci ana ʒj, caphur. ℈ij. dissolv. in ▽. rof. F. collyr. ocul. applicandum.

Ne variolarum vestigia in facie remaneant. ℞ lardi vetustissi. q. v., liquefiat in ▽. font, mox abluatur ▽Rof. donec salluginem deponat: ungatur facies, mox oblinatur litu. facto ex creta cum cremore lactis impastata, bis vel ter in die, vel etiam initio eruptionis variolarum. Statim exiccat. & excedentis puris notam absorbet.

Item ℞. rad. irid. bulliant in ▽. donec fiat instar pastæ, facies emplastretur.

Defensivum pro oculis. ℞ Aq. rosar. ℥j, croci, Caphur. ana ℈ij. vel ʒj. misce.

Ephemera,

Hectica.

Detur hordeatum, avenatum colatura furfurum cum lacte amygd. dulc. & 4. sem. frig. Cibus ea farina rez, mica panis ter lota in ▽. frigid., express. & parat. instar colaturæ furfurum. vel cum lacte vaccino, à butyro repurgato, ex quo prædicta parentur. Avicen. docet fieri cibum ex carnibus cancrorum, extractis & lotis in lixivio cineris vitis. (Krebschen) paratur similiter cibus è limacib. elixis cum fœniculo, propter visciditatem, & à corticib. sic extractis. Lac bibend. amygd. dulc. Lac etiam recenter mulsum, ab ubere mulieris, nutricæ cibis frigidis & humidis. Quod si asinin. vel caprinum sumatur, cibent. humid. & frigid.

℞ Cinerum papav. albi, lactuc. portul. endiv. f. Epat. ana Mj. 4. sem. frig. major. sem. Malv. altheæ, ana ʒiij. Sebesten / jujub. pass. mund. liquir. ras. ana ℥jß. rol. rub. flor. viol. nympheæ ana ℥j, sacchari albiss. ℔ jß. F. syrupus sumendus ex aqua hordei frequenter.

℞ Ceræ albæ nov. quart. j. ol. violar. ℔ ß butyr. infusi ℥ij. omnia liquefiant simul ad ignem, mox colata ponantur in mortario, addendo lactis mulieris puellam enixæ ℔ ß. ç. arab., tragac. infusi aqua rof. ana ℥ß. Caphuræ ʒij. F. ung. f. a. quo frigido ungantur pectus & latera. NB. Interula & diplois ultra completam dealbationem iterum laventur in decoct. cimar. papav. malvæ, lenticul. palust. fol. scariolæ, lactucæ & similibus, mox post exiccationem induantur, & sæpe mutentur, poterit isti decocto addi caphur. ℞ pistacior. pinearum, amygd. dulc. passul. ana ℥j. 4 sem. fr. major. papav. albi ana ʒij, cum sacch. rosar. F Utatur in victu.

Quotidiana. NB. Considera potiss. crisin eodem, sub hoc juva naturam assumptis, admotis &c.

Arcanum ad obstruct. solvendam. Detur spiritus ⊖-in aq. hordeat. simplic, aut cum sacharo rof. mixt. in jusculis & aliis edulist pro ordinario potu in Julepis. Aphthas collue spirito ⊖-li. mixto, vel si admodum efferentur, tangat. aqua zda ℒ Eodem loco haberi debet ol. ♀. (indusia eorum, qui diu utuntur spiritu ⊖-i, sunt friabilia, adeo penetrans est medicamentum.)

Tertiana. NB. Bene fecit el. de succ. rof. q. s. cum Mithridat. vet. ʒj, horroris tempore 5to vel 6. accessu. Item ℞. Aceti decoctionis asari part. 3am, solani part. ij, misce & da ante horam accessus. NB. Camphora cum syr. acetos. vel. oxysacchar. etiam conducit. Vinum ♁. ℞. Mastiches, thuris senecion. ana ʒij, Therebint. venet. mell. com. ana ℥j., succi Tanaceti, herb. salviæ ana Mj. F. empl. pro stomacho.

Riverii ad sanam præscript. post purgat. phlebotom. apozema. clyster. supposit. Juscul. &c.

Ad sitim. ℞ syr. acetus. facti addito ⊖-. spiritu ℥iiij. aquæ fontan. ℔. iiij, agitentur simul, & refrigerentur, utatur in potu. Paulo ante paroxysmum 3. vel 4. vel initio ejusdem propinetur sequens vomitorium. ℞ pul. ⊖-i albi ʒj ß. infund. per hor. 6. in vini albi ℥iiij F. colatur. cui adde oxymellit. ℥j. ▽Rof. ℥ß. F. potus. Illicò fiat fotus è stomachicis, absinth. menta, major. caryophil. spic nardi. flor. rof. chamæmel. in part. 2. aquæ & j. vini coctus, ante & post vomitum. Hora j. ante accessionem, applicentur pulsibus.

Epicarpia. ℞. fol. chelidon major. urtic. salicis ana Mß. telæ aran. ℈j, fulig. camini, salis ana ʒj. terantur omnia addendo aceti q. s F. Epicarp. sinantur usque ad calorem intensissimum.

Quartana. Pill. ℞. opii, ☿ vivi, Myrrhæ, agar. rutæ cass. fistul. ana ʒj. cum succo absinthii F. pill. ad ciceris magnitudinem. dos. ʒj. ante paroxysmum, corpore prius evacuato.

Pill. ℞ Myrrhæ, rutæ & opii ana ʒv. croci ʒij, cass. fistul. & ☿ vivi ana ʒij. hyosciami ʒv. F. pill. dos. earum ʒj. cum aq. appropriata.

Pill. ℞ aq. Theriacal. aq. gentian. liquor. tartari ana ʒj, olei piperis gr. iij., misce & exhib. 3. hor. ante paroxysmum.

Unguentum. ℞ Theriac. opt. ℥iij, juniperi ℥iiij, ol. antiqui ℥ij, caryophil. ʒj, spicæ ʒj. vini opt. ʒj. ceræ parum, F. Unguentum quo inung. dorsi spina per hor. j. vel ij. ante adventum paroxysmi.

Pillulæ. ℞. piper. nigr. gr. iiij, cum succo gentianæ F. pill. j. auro cooperta, Capiat cum vino vel aq. Theriac. ante paroxysmum 3. horis.

Decoctum asari in vino sub paroxysmo propinetur. Item decoctum hyssopi in vino coct, adde pars croci.

NB. Vitrum ♁ ad. gr. 5. vel 6. pro robustioribus, purgat vomitu & secessu hor. j. ante paroxysmum datum. ℞. Asar. pulverisati ʒj, theriac. ʒij, aqua vitæ ℥j. vini ℥iiij. F. potus, capiat in paroxysmo, deinde in lecto sudet: fiat ter, prius præparato humore & purgato corpore. W. ℞. theriac. ℥ij, enul. c. ℥ij, aqua vitæ ℥ij. F. ung. ungatur spina dorsi, imminente paroxysmo.

Morbi capitis in genere.

Emplaſtrum veſic. Hucheri ad cap. morbos frigid. ℞. Galban. ℥ß, ammoniaci, bdellii ana ʒij, infuſ. aceto colentur, adde pic., reſin., therebint. ana ℥ß, ceræ novæ ℥j. refrigeratis adde noctilucarum pulv. ʒvj. ſinap. piper. nigri ana ʒiij ß. M. F. Emplaſtrum. Emplaſt. ad imbecillitatem cerebri, de Gord. ℞. gum. Ammoniaci, ⚹ ſol. ℥j. empl. maſtich., de beton. ana ℥ß, ſuccini, ſem. nigell. Rom. piperis, Euphorbii ana ʒj ß. cum pauca Therebint. F. empl., quod cum aluta applicatur capiti, ad formam rotundam. raſis capill. os ſcari piſcis ore voluttatum, manè jejuno ventriculo validiſſimo, Apophlegmatiſmus eſt.

Capitis dolor.

Ad hemicraniam inveter. pill. ℞. balſami alcētici ʒiij. magiſter. perlar. gr. Xij, ſal. abſinth. ℈j. ad uſum ſerventur: uſus; unica pillula alternis diebus, manè per menſem aſſumpta, ventriculum & præcordia optimè purgat, & ſenſim impuriſſ. cerebri materiam extrahit.

NB. Errhinum ex ſpirit. ⊕-i cum appropriatis ſuccis temperato fiat. Item viburni cortex mediānus cum theriaca vel mithridat. veteri applicetur occipiti: veſicæ ſinantur diu fluere, appoſitis ſoliis braſſicæ ad ignem ſiccatis, ut artis eſt.

Ad Hemicraniam. ℞. benjoin q. ſ. tere cum aceto, applica fronti & temporibus calide. Item ℞. fol. hederæ n'gr. q. ſ. bulliant in aceti, ol. com. & vini ana ad 2. vel 3. ebullitiones, inungantur fronti, ſyncipiti raſo, & temporibus. Item. ℞ mal. granat. num. iij. contuſa omnia, affuſ. ▽. vitæ ſ. q. F. os empl. affectis part. imponendum.

Actiones principales læſæ: phrenitis, delirium, mania, ratio, memoria & imaginatio læſa.

Ad phrenitidem & delir. liquor. ℞ moſch. gr. vj. camphor. gr. 20. aq. roſ. rub. cum tinctur. ſantal. rubei impregnatæ ℥xvj. miſce, capite deraſo, madefiant linteol. duplicat in hoc liquore, & per omnes capitis ſuturas applicentur tepidi; reſiccata iterum imbibe, & per 24. hor. applicationem continua, & ſomno conciliato confirmatoque cerebro, ægrum mirifice convaleſcentem perſpicies, niſi ipſamet cerebri ſubſtantia fuerit corrupta: valet item in Mania ſæpius & calide applicatum. Cordi item appoſitum, Palpitationi valde ſuccurrit.

Ad Maniam: Germani cujusdam Medici experimentum. In panatella adde Mellis hellebori ℈j. ⊖. urinæ, quantum utile, da ad 3. vices: ſic autem parabitur, mel Ellebori. ℞ radic. nigri Ellebori ſicc. tuſam, infunde in aq. vitæ opt. per 24. hor., mox per inclinationem ſepara aquam coloratam à fæcibus, quam lento igne, ſi diſtilles, remanebit hellebori eſſentia mellis inſtar.

Sal urinæ. ℞ urinæ puellulor. q. ſ. ſine, ut putrefiat per 8duum, tum deſtilla lento △. in alembico vitreo, poſt phlegma extillatum, ſal urinæ in capitello ſublimabitur nitidiſſimum, quod pede leporino colliges. Cautio. Cum v. ob ſubſtantiæ ſubtilitatem facilè evaporet prædictum ſal, ſi aſſervare volueris, imbibe rurſus phlegmate deſtillato, & ſuo tempore ſublima. Odoratum ſaltem, penetrat in cerebrum.

Somniculoſi affectus ſunt Lethargus, ſomnus p. n. ſtupor, cataphora & [illegible], ſeu catoche & catalepſis. Suffitus. Olfacto ſampſuch. aceto acerr. irrorati, ſingulare expurgefaciens, ſi videlicet indatur in vas ſtricti orificii, ut vapor acutiſſ. per nares aſcendat, qui nares ſtyli inſtar purget, ac cerebri meninges acerrimè ferit.

Epilepſia & Apoplexia.

Potus. ℞ ſucci calendulæ. ſalviæ rubr. millefol. rutæ ana ℥ß. albi quod in gallinæ ſtercore apparet ʒß. cereviſ. veteris ℥ß. miſce & colata cum expreſſione, dentur pro hauſtu tepidè ante & poſt paroxyſmum.

Potio. ℞ cinnabrii nativi lima comminuti ℥ß, coroll. rubeor. margarit. præparat. ana ℈ij, croci ℈j, ſol. auri num. jß. diligenter trita in lapide, cum aq. lil. convall. detur à gr. vij. ad ℈j.

Decoctum Craton. viſcus quernus, ſuccus millefolii, beton. & carduibened. optimè conferunt.

Ad Epilepſiam puerorum. ℞ viſci querni ʒiij, rad. pœoniæ ℥j, ſem. pœon. ℥ß, ſampſuchi ℥j. ſem. naſturtii ℥ß, lap. ſmaragdi ℥ß. F. pulvis tenuiſſimus, rum ℞. conſer. flor. ſalviæ ℥j. pul. diamoſchi ʒjß. ſol. auri num. x. mell. roſ. q. ſ. F. opiata, quæ recipiat prædictor. pulver. ℥ij.

Experiment. ℞ aq. calendul., viſc. querni, ther. vet. ana q. ſ. F. potio.

Pulvis pro pueris Theophraſti. ℞ Corall rub. præparato ℥ß. Corn. C. uſti ʒij, oſſ. cordis cervi ℥j. oſſ. elephant. uſti ʒj. lilii convall. cochlear. ij. miſce cape 3. doſibus intra 18. horas, ſingulis 6. horis doſim unam.

Ad Epilepſiam Theoph. ℞. vitriol. cum correctione ſpagyrica ʒj, alcool vini correcti ʒiij miſce. D gr. 7. Item. ℞. ſem. pœon. rutæ ana ℥ß. liquoris ⊕- ʒj. fiat potus.

Ad Comitialem, præſertim puerorum.

℞ Cucum. agreſt. vel aſin. q. ſ teratur, & extrahatur ſuccus, colatur & exponatur ☉, ita ut conſumatur ad medias, ſingulis 16. unciis adde mellis albi ℥iij, aceti acer. ʒiij, Cinnam. opt. ʒj, bulliant omnia ſimul optimè, donec probe deſpumata fuerint, tum pro ſingulis ℥. adde croci ℈j. moſchi. caracter. j. aq. roſ. ʒj. aq. vitæ ℥j ß, miſce, ſerva in vaſe vitreo; Doſis eſt ℥j, ſingulis X. diebus, mane jejuno ſtomacho, donec convaleſcat æger.

Ad Epilepſiam. Theoph. ℞. Cap. hominis non ſepulti, contunde & præpara deſtillatione triplici, ut poſtea audies, ad ℥j aq, adde perlarum ʒß. rad. pœon. Caſtor. ana ℥j. Moſchi d. Mell. anacard ana ʒj ß. & ſic deſtilla, miniſtra patienti cochlear. j, reitera ad tres vices, mira videbis, gutt. j. valet x. ducat.

Præparatio. ℞ Cranium prædictum omni ſucciditate carens, tere opt., & in retorta opt. lutata deſtilla, reaffuſa aq. ſuper fæces ad 3. vices. Tertia aqua melior etiam auro eſt: deſtillanda præterea eſt aqua, ex pœoniæ herb. & radic., fæces v. ſeu [illegible] calcinandum, & in ſal redigendum: debet autem extrahi eſſentia cum aq. propriata. ſalis maxima vis eſt. Uſus. Quod ſi Epilepticum juvare velis, etſi 20. annis laboraverit. ℞. hujus ℥iij, cui admiſce caſtorei recent. ʒj, ſp diamoſchi d. ʒvj. mell. anacard. ℥ß. deſtilla in B., adde margarit. gr. 20., olei ⊕-i gutt. v. ol. aniſi gutt. 2. da patienti paroxyſmum cochl. j, in nonum usque diem, atque ab aſſumpto medicamento jejunet 3. horis.

Ad Epilepſiam & deploratos morbos Hollandi. ℞ Laudani ejusdem gr. iij. detur cum ſpiritu vitrioli, & eſſentia camphoræ tali. Eſſentia Camphoræ. ℞. Caphur. ʒj. ol. amygd. d. ℥ß, macerentur in ☉ vel B. hor. 24. mox extrahatur eſſentia cum ſpiritu vini, junge cum ʒj. laudani & ʒij. ſpiritus ⊕- & ʒvj. aq.

aq. flor pœon. Dosis cochlear. j. NB. Ad Epilepsiam sub paroxysmo radantur pili.

Extractum ℞. flor. lil. convall. rec. ℔ ij. contund. & infund. in ▽. flor. tiliæ vel ⋇ squilllitici s. q. per triduum in arena, vel B. M., mox adde eorundem flor. contus. & ceras. nigr. contus. ℔ j. fiat ut prius, deinde valide exprimantur in torcolari. Expressioni adde flor. pœon. ℥j ß. sem. eiusdem ℥j. Mastiches lig. aloës ana ʒij. Croci ʒj ß. sacchari albiss. ℥ij. infund. per 6. dies simul in calore tepido, quibus exactis poterit optimus spiritus vini affundi, sicque omnium extrahi tinctura, demum coagulanda: nisi malis per dictas species alcoolizatas post sex dierum digestionem una cum succo coagulare, vel ab iis effusum per inclinationem succum ad mellaginem reducere. Quidni plures species Epilepticæ, ut pulveris de la gouttette, addentur? & extracto ol. succini &c? Detur cum proprio phlegmate, cui salis proprii portio addita fuerit. Gnaa. Secundinæ equæ, quidni mulieris? Item Hepata ranatum virid. Emplastrum. ℞. Thur. Euphorb. Castor. ana ℈ij, sem. pœoniæ, visci quer. corall. rub. hyssopi, sem. rutæ, ana ʒij. Cran. hominis ℥j, moschi, ambræ ana gr. vij, colophon. picis, ceræ, ana ʒx, ol. petr. ʒß. F. empl. admovendum commissuris.

Epileptic. & Apoplect. ℞. flor. lil. convall. M. xvj, vini veter. mens. 4. digerantur per 8duum, addendo flor. pœon. tiliæ ana M. vj, iterum per 8duum digerantur, destillentur, ita ut ex 4. mens. una extrahatur. destillato adde, flor. lavend. roris. mar. ana M. iiij, stæcharab. M. ij. Caryophil. ʒiij, Macis, nuc. moschat. ana ʒiij, cubeb. ʒj, visc. quer. diptami albi ana ʒv. rad. pœon. ʒvj. sem. pœon. ʒß, castorei ʒß. contusa indantur aq. priori (cujus augenda mihi videtur quantitas) digerantur per 8duum, distillentur, liquor. still. mens. j. adde aq. ceras nigr. 4. partem. Mallem extractum ex omnibus parare cum aquis propriis, omnique admiscere ol. aromat. cum ol. cranii, & liquidam servare portionem, quæ tempore paroxysmi cochleari infundi posset: alteram reducere ad formam pillularem, præcavendo.

Trochisci ℞ sem. pœon. excort. ʒß. margarit. ʒß. macis ʒj. fol. auri num. x. misce cum ʒx sacchari albiss. in aq. jam dicta soluti, & ad perfect. cocti, F. Trochisci.

Usus. In paroxysmo, diducto ore cochleare plenum infundatur in fauces, nares fricentur ac tempora, ac validè insulius tempore contineatur. Dum v. post brevia intervalla accessiones repetunt, manè & vesperi sumat cochl. j. cum duobus trochisc., ubi parum remiserunt ad præcautionem singul. septimanis, Luna quadrata, plena vel nova, exhibeatur tantundem manè & vesperi. Morbo autem remittente, sumat tantum bis in mense in plenilunio & novilunio,

Incubus.

Paralysis ἡμιπληξία. probatiss. ℞ balsamum indic., continuo olfaciat ea nare, qua pars est affecta, vel utraque, si opus sit.

Potus. Manè sumat 3. vel 4. cochl. vini scillitici jejuno ventriculo, illitis prius nervorum debilitatorum radicibus sequenti litu. ℞ balsami indici gutt. 12. ol. chamæmel. still. ʒij, ol. Therebint. ℥j, ol. succini ʒij, flor. ♀. ℥ß. misce in marmore & prædictos locos unge. Unguent. ℞ medull. cervi, adip. taxi ana cum ol. lumbricor. F. unguent: fricentur manè & serò ad ignem. Item ad contract. NB. ℞. succi gr. juniperi q. s. butyr. Majalis q. s. misce F. ung., quo pars ad ignem ungatur.

Spasmus seu convulsio. φυσώδη; flatuola, & Tremor. Liniment. ℞ ol. succini ℥ß. mucilag. Bryoniæ ℥ß. ad consistentiam linimenti, ol. garyoph. gutt. vj. M. inunge locum affectum, & radices nervorum. Quod si una unctione non cedat, repete, & statim membrum affectum pelle vervecina recens extracta involve, & curabitur. NB. Id intelligendum esse de subita & violenta convulsione.

Ad spasmum Cynicum ung. ℞ ol. still. chamomil. ʒj. ol. Therebint. succini ana ℥ß. inunge radices nervorum oppositi lateris, bis. vel ter.

1. Balsami ad spasmum J. Q. ℞ Therebint. Venet. destill. ℔ ij. galbani distill. ℔ j. gum. hederæ destill. ℔ß. destilla simul, & à fæcibus & phlegmate balsamum separa, utere.

2. Item ℞. Therebint, ol. lauri, ol. communis, ol. juniperi ana ℥j, mastiches, myrrhæ, thuris ana ℥j ß. oleum seorsim, aliaque etiam seorsim mixta, destilla, misce & denuò destilla.

3. Item. ℞. axung. taxi. sevi hircini, axung. vulpis, ax. gliris. ana ℔ j. mastich. ℔ ij, thuris ℔ ß. Euphorbii q. s. destilla ut supra.

4. Item ℞. lig. juniperi, lig. sabini & laurini & fagini ana ℥j. vel q. v., elice oleum. s. s., quod digere & serva.

5. Item. ℞. succi flammul. ex toto, succi flor. tapsi ana quat. j. vini ardent. opt. ℔ ß. digerantur in fimo per dies 10. utere.

6. Item. ℞. vini ardent. opt. ℔ j. Cantharid. ℥j. ʒj, Canapi., flor. Tapsi barbat. Hypericonis, Chamomillæ ana M j. pulverisa & misce, digerantur ad ☉. vel fimum per mensem, tunc destilla. Destillato immitte sequentia.

7. NB. ℞. succ. coti. Canapi. flor. tapsi, Chamomil. hypericon. centaur. betonic. prunellæ ana ℥j ß. Mastiches ʒvj. vel ℥j ß. thuris ℥ß. mumiæ ℥ß. lumbricor. terrest. tanar. ana ℥j. ʒj. distilla in circulatorio per octiduum, post utere balsamis.

Catharrus. Vinum Medicinale, ad omnes fluxiones probibendas, Hyemale album. ℞. musti albi mens. 30. aut circiter, acori ℔ j. Caryophil. ℔ iij, Rhapontici ℔ j. Angelicæ ℥ij, pimpinell. Tormentill. dictamni ana ℥iij. ambræ ℔ ß. galbani. Zedoariæ ana ℥iij, cinnamomi ʒv. baccar. juniperi M. v. Illigatis omnibus in sacculum, mitte in mustum, effervescant simul, & quoties aliquid eximis, repleto rursus.

Æstivum rubr. ℞ vini rub. mens. av. chamæd. Cichor. veronicæ, fumiterræ, Endiviæ, fol. senæ, fol. elleb. nigri, valerianæ, Ireos M. iiij, fac ut supra, utatur pro potu. Sylv. elect. ad Rheuma. ℞. flor. ros. macerat. in ▽. ros. ℥ß, in colatura dissolve sacchari albiss. ℔ ß. Mastiches, rosar. rub. pul. ana ʒj, cinnamomi. ʒij. coq. in form. elect. per tabell. pondere ʒij.

NB. Vinum adustum dictum. fit ex saccharo ut nosti, serò calidè alvum laxat, & catharrum ejusque effectum raucedinem tollit.

Vigilia immodica. Odoramen. ℞. Laudani Theoph. gr. iiij. vel vj, ol. nuc. moschat. gutt. iij, cum turunda linea alteri narium indatur, mirificè inducit somnum; ubi æger altius obdormierit, exime turundam.

Morbi oculorum in genere.

Ad lachrymas. ℞. fragar. matur. q. s. macerat. fimo per dies 15., destilla & utere.

Aqua visum conservans. ℞. Myrrhæ ℥j. aloës ʒij, Croci ʒj, thuris, ZZ, sarcocoll. Caphur. tritæ ana parum in aq. macerentur ad usum.

Lapis

Lapis Hirundin. reperitur in primi nidi majori pullo, ejus scilicet ventriculo, duo aliquando, quorum unus unicolor, alter diversicolor.

Ad oculorum dolor: ℞. lap. Calam. alcoolis. ʒij, axung. porci ℥j, Caphuræ ℈ß. F. unguentum ad mellis consistentiam. Præparatur vero lapis calaminar. ita: Candefiat novies, totiesque aceto optimo rosaceo exting. rursus semel candeat, sed per se refrigeretur: deinde teratur ad lævorem & pollinem, lavetur ▽. fœniculi & rosarum, ut & axungia.

Ad lachrym. inflammat. oculor. Liquor vehemens quidem, at qui temperatus. s. a., prodest. In pelvim Barbitonsoris amplam, opt. vino albo plenam, injice frumenti & salis ana M. iij. stent per 40. dies: si lubet unà infunde. Cuperosæ, tutiæ præparatæ, aloës, virid. æris ana ℥j, F. ut supra, destilla per filtrum. Utilis est ad ulcera maligna, vel per se, vel mixtus pro necessitate.

Ad inflammat. ℞ alum. rochæ, q. s. agitetur in album. ovi, albumen durescet, & separabitur ▽, quæ instilletur in oculos: durum vero album apponatur. Item. ℞. succi & magmatis urticarum pistarum. pinsantur cum farina communis frumenti apponantur pulsui temporum. NB. ʒj. rad. irid. flav. in ℔ j. ▽. com. cocta, & instillata oculis, subinde adhibita, itidem conducit. Aqua ad oculor. panos & dolorea. ℞. aq. verbenæ, rutæ, chelidon. rosar, fœnic. consolid. ana ℥vj. calc. vivæ ℥iiij, infund. per diem & noctem, colentur, in colatura addatur ✳, sacchari candi ana ℥ij, ponantur omnia in bacillo cupreo, donec colorentur.

Unguent. de Tutia. Novies incandescat tutia, optimè exting. in ▽. rosar., teratur ut alcool., prædicta ▽. irrorando: F. pastill. vel servetur pulvis siccus: liquefiat butyr. rec. ℔ß. bulliat una aut altera ebullitione, lente despumando, adde ceræ Granat. ʒij, cola per linteum, & in mortario æneo subige cum ℥ij. tut. præparat. semper aliquid ▽Ros. instillando: serva in pixide vitrea.

Suffusio humoris cujuslibet. Marchasitæ frusta ignito & in ol. communi antiquo pellucido extincta, tritaque, destillato, & denuo cum fæce sua terito, destilleturque.

Albugo.

Unguis. Exper. à milite ad unguem & albuginem. ℞. succi lactuc. Camphoræ & lactis mulier. puerum lactentis ana q. s. misce. F. aqua, quæ in oculos instillata, quemvis, vel gravissimum morbum tollit. Pulvis Roseti Medici. ℞. alum. usti q. s. lava sæpius ad 6. vices in aq. rosar. & plantag., post singulas ablutiones exiccando: hujus ℞. Pulveris, sacchari candi, off. sepiæ ana ʒj. insuffla in oculum bis vel ter in die, addi potest farina fabarum, & pulvis perlarum.

Experiment. ℞. succi granator. acidodulcium q. s. coq. ad medias, indatur guttula oculo, tollit unguem, & instar corticis exedit. separatque.

Ophthalmia. Ung. ad ὀφθαλμίαν, ἐπιφορὰν ℞. Tut. præparat. ʒß, Camphor. ʒj, aq. rosar. ʒj. ⊖-i albi, virid. æris gr. xij, tutiam & camphoram simul in mortario tere, æs seorsim, ut alcool. ℞. butyr. Majalis ʒvj, quod leviter bulliat com aq. rosar, ab igne remotis, tutiam, camphor. & æs fusum immisce, agitato optimè, & in vase vitreo reconde.

F. ung. per sericum transcolatum: usus, inunge interiores palpebras, præsertim circa angulos.

Collyrium optimum. ℞. aq. stillat. album. ovorum duriter coct. ℔ ij. aq. fœnicul. Euphras. chelid. Valerian. ana ℥ij, ros. rub. ℥iij, aq. sang. humani ℥j, Tutiæ præparatæ, camphoræ, alum. rochæ ana ℥ß, corall. rub. margarit ana ʒj. misce & circula, sæpè agitando per mensem, & instilla oculis hebetibus, inflammatis, suffusis, turbatis, cuticula obductis, hordeo infectis, & sanabuntur. Ad rubedinem. ℞. succi uvæ immaturæ ℥ij, aloës ʒj ß. in parvo linteo ligatum, insus. in dicto succo, somni tempore oculi madefiant. ▽. ad oculorum dolorem. ℞ ⊖-i albi, sacchari candi ana ʒj. tere in alcool, postea. ℞. album. ovorum duror. & dum calent, scinde in frusta, & projice prædictum pulverem super ova, & aq. rosar. parum, exprime per linteum, & unicam guttam immitte in oculos, mane & vesperi. Item Destilla Camphoram & tutiam cum vino albo, instilla guttam in oculos.

Ad oculos lippos & rub. ℞. album. ovor. coct. num. xxij, sacchari candi ℥j, ⊖-i albi ʒj, contund. diligenter omnia simul, exprimatur liquor albiss., quo oculi abluantur.

Item. ℞. Micæ panis albi quar. j. infunde in cyatho uno aq. font. per iiij. horas, colentur, exprimantur, tum in eadem ▽. infunde ⊖-i. albi tusi ʒij. sacchar. candi pul. ℥j, colentur, post 12. horas colaturæ adde ▽. pallid. ros. ℥iij, abluantur oculi. ℞. album. ovi induratum, ⊖-i albi calcinati ℈j. contund. & exprime.

℞. aquæ font. ℥vj. in quibus infunde panis syncomist. qur. j. per duas horas, colentur, in colatura infunde sacchari candi ℥ij, ⊖-i albi calc. ℥ß, infund. per hor. 4. colentur, colaturæ adde aq. rosar. ℥iiij. reponantur ad usum.

℞. Sacchari candi pulv. ℥ij, ⊖-i albi calc. ʒß. destill. in albumine ovorum coctorum, instar olei de Nymphæa.

Ægilops, fistula, ῥύας & ἐγκανθὶς, eminentia glandulæ.

Ulcus oculi, vulnus, Succus fœniculi & lac muliebre Galeno probatur.

Experim. Cuidam puellæ pisces in sartagine frigenti oleum bulliens in oculos subsiliit. Curata est absque ullo vestigio relicto, assumptis gallinis, quarum abscissa paulatim crista forcipe, sanguis calidus in oculum stillando immissus fuerat.

NB. In contusione ex ictu vel sugillatione oculi. ℞ pullum columbin, cui sectâ venâ alarum, stillare sinatur sanguis in oculum.

Palpebrarum scabies & pedicul. Ad pediculos in quavis parte corporis. ℞. Ellebori radic. ℥j. staphis agriæ ʒj, simul tere adjecto oleo, inunge corpus totum, vel in tunicis, necabuntur.

Ad Μαδάρωσιν, ℞. vini Malvat. urinæ pueri ana ℔ ß, mellis ℥ij, Laudani ʒj, destilletur per alembicum XXcum, aquâ eductâ abluatur & fricatur locus depilis, postea inungantur linimento ex Antimonio, spica celtica & nardi mixtis melle, aut confecto ex corporibus muscarum, abscissis alis & capitibus. Accipiunt alii lichenes asinorum torridos, contusos, mixtos cum melle, & hoc pro secreto. Saxonia.

Grando & Hordeolum.

Aurium morbi in genere.

NB. Succus vel decoctum Cannabis auribus instillatus vermes, vel cætera animalcula ingressa foras elicit. Tinnitus aurium & dolor. Ad dolorem auditum tollentem. ℞. lumbric. & Titalos, ovaque formicar. fol. rutæ bulliant simul in oleo, , deinde colentur, & hujus olei gutt. tepida instilletur, ungaturque circumcirca, obturando bombace. Item. ℞. Cæpam excavatam, repleto ol. succo porrorum, thure & lacte mulieris, coq. sub cineribus calidis exprime, instilla gutt. tepidam, relinque obturatam bombace per 6. hor. unge circa. Item. ℞. Succi ex ovis formicarum expressi, stilla in aurea 3. gutt. instar. Item. ℞ rad. Ciclam. minut. concis. & infus. in ol. ros. vel chamæmeli vel amygd. d. q s. bulliant, addito tantillo vini: exprimantur & instillentur in aures gutt. 2. vel 3. superponatur auribus magma in ingressu lecti. Vel pista radices minutim concisas cum persicis & amygd. amar., infunde in ▽. vitæ & exprime: fac ut supra, prodest & ad surditatem. Item. ℞ Cæpam excavatam, quam ol. amygd. & croco reple, reposito operculo coque sub cineribus. Exprime & instilla.

Ad sonitum aurium. ℞. Sem. porri & Caryophill. ana ℈j, moschi gr. v. cum sampsuch. & rutæ decocto, interdum pauco vino dulci addito auribus instilletur.

Tinnitus. ℞ ol. rutæ gutt. 3. vel 4. cum. bombace indantur. vel Tinctur. ♀. seq. ℞. ♀. ℥j. ol. Thereb. ℥iij, digerantur, donec ♀ sit dissolutum, tunc infunde ▽. vitæ. digeratur, donec spiritus tinctus sit: filtretur, evaporetur ad medietatem, ita ut tinctura liquidor remaneat, infund. gutt. 2, & intincto bombace claudantur aures. Surditas. Nihil melius est post centum remediorum usum, quam ut corpore opt., ac præcipuè cap. diligenter purgato, sulphureis balneis caput madefiat hoc modo: ex spongiis magnis consutis veluti eucupham gerant in capite ad supercilia & infra aures descendentem, sedeat sub canali balneor. & verso epistomio, aquam accipiat, quæ sorpta à spongiis continuo caput, suo calore foveat, atque omnes capitis suturas, auriumque commissuras diducens atque aperiens, vapores tollat, vel materiam impactam nervis viisque auditoriis resolvat per halitum, aut adeò maturabit, ut brevè sit abitura. Bis in die in lecto, diætamque adhibere oportet tenuem ex succis & jure carnium, vinoque, nisi oligophoro, planè abstinendum est.

Aqua probata. ℞. Sal. com. ad ignem in ♁o amplo fusi, & in massam redacti q. s. tere in mortario, inde postea in Raphanum excavatum, quem in cella humida sines per triduum sepultum & tectum, donec fiat aqua, quam servabis ad usum, instillandum in aurem.

NB. ℞. Cæparum, allii, porri ana ℥j. pistentur, bulliant cum ℥ij. ol. amygd amar. quibus adde Euphorbii & ♀. ana ʒß. F. una ebullitio, injiciatur in aurem una gutta. Item. ℞. Succi fol. Ebuli, succ. rutæ ana ℥ß. axung. anguillæ ℥j, ▽. vitæ ℥j. misce instilletur tepidè. Item ℞. amygd. amar. ℥j. aq. vitæ ℥iij, Castorei ʒß, axung. anguill. ℥ß. misce. Item ℞. Pulp. colocynthid. ℔ ß ʒj, aristoloch. rotund. Castor. succi absinthii ana ʒß ⊖. nitri ℈ß. F. pulv. subtiliss. incorpor. cum ol. amygd. amar. ℥j, fellis vaccini ℥ß. Quid si diu infusorum expressio instilletur tepidè?

Fœtor narium; ozæna & polypus.

Aqua. ℞. auripigmenti ʒij. virid. æris ʒß. vini albi generos. ℔ j. pulver. diligenter in mortario cum vino albo, effund. per inclinationem in oll. parvam vitreatam, si quid in fundo crassius remanserit, teratur: fiatque ut supra. Coque lento igne ad consumpt. 3. partium, remove ab igne: refrigeratis, adde aq. rosar. & solani ana ℥ij, superfunde materiæ tepidæ, statim mox infunde in phiolam vitream, obtura, quiescat, subsidebit limosum quid. Aqua hâc utere ad abluenda omnia vitia oris & narium à cancro, polypo: item in mammis mulierum, quando cancri sunt aperti & purulenti: si sanguinem reddunt, inspergatur parum ☿. ♎. Item ad Cancros uteri præcidui, si internus sit, injiciatur per syphonem. ▽. viridis Platonis, ex auripigmento & viridi æris.

Αἱμοῤῥαγία qualibet.

Experiment. in hæmorrhagia narium. ℞. Nigellæ segetum radicem, quam masticatam naribus iode, sedabitur fluxus: potest ejus in vulneribus essensus. Item ℞. Corallar. rub., ⊕ albi ana q. s. parti affectæ indatur, applicetur Cucurbitula region. epatis, ac postea sequens detur potio. ℞. sang. dracon. ℈ij, bol. armen. ʒß. ⊕ roman. ʒj ß. ter. sigil. ʒiij, aqua plantag. & rosar. ana q. s. misce fiat potio.

Labiorum fissuræ vel ex frigore, vel ex prava viscerum constitutione oriuntur.

Dentium dolor. Trochisci. ℞. Castor. piper. ZZ. styrac. ana ʒj, opii ℥ß. misce. F. Trochisci qui denti indantur, superposito duplicato linteamine.

Opiata. ℞. Theriac. veter. opt. pyretri & nigell. Rom. pulveris. ana ʒß. aq. vitæ ʒj. misce in modum opiatæ, de qua capiat æger ad quantitatem nucis, in linteo obvoluta applicetur denti, si ex causa frigida, si ex calida adde opii, gr. iij.

NB. Camphora in causa calida, & Theriaca, Mithridat. in frigida sunt arcana.

Decoctum. ℞. vini ardent. bis rectif. ℔ iij, rasur. lig. Gujaci ℔. j. Mastiches ℥j, digerantur in ☉. vel alio calore, sæpe agitando, donec rubescat vinum. cola per pannum lineum, hujus. ℞. vj vel viij. guttas, quas tepidas pone super dentes, retine per dimidiam horam. Item succus urticæ cum polline farinæ frumenti facit.

Decoctum dentes conservans. ℞. ▽. ros. p. j. aq. com. p. ij. alum. rochæ & cinnam. ana parum, Coque ad 3tiæ partis consumptionem, collue os sæpius. Ad dolorem. ℞. sem. apii ℈j. opii. sem. hyosciami ana ℈ij. form. pill. coopert. santalo, teneat super dentem dolentem. Item. ℞. aq. vitæ ℥j. piperis longi, pyretri, staphid. agr. ana ʒj. F. pul. misce in ▽., tange cum bombace. NB. Mel cum semine hyosciami coctum, & in ore retentum, quoq; juvat.

Decident dentes, si ungantur prius ammoniaco, subacto cum succo hyosciami.

Folium ferro cavallæ dentes eradicat tangendo. Capiantur tres bufones viventes, illique indantur ollæ, & bulliant, donec reddant spumam, qua illinas dentes, & cadent.

In causa calida rad. hyosc. bull. in ※ & ▽Ros. In frigida, post pol. teneat in ore: vitrum in quo bulliat pyretrum, Caryopill. Cinnam. ruta. ▽. decoction. Guiaci & spiritus vini.

℞ Caput allii, coque parum sub cineribus calidis, pisteiur, imponatur denti calidissimè: pariter immittatur auri ejusdem lateris dolentis.

℞. ※. vini albi ad cyath. j calefac., adde pyretri ʒj. cum pauco Cinnam. pul. & saccharo, colluatur os per calidè.

Ad compescendum dolorem maximum, Arcanum est, quo subito dolor compescitur. ℞. Chartæ grisea & bibulæ parum, illinatur ol. Euphorbii, & aspergatur pulvere ex æquis partibus cranii, & pyretri, contineatur dens aliquandiu.

Ad dentes digito evellendos, Tognetii arcanum est, quod à p-rente hac in re exquisitissimo accepit.

℞. lacert. nigr. quæ in aquis natant, exenterentur, siccentur in Clibano, redigantur in pulverem, madefacti digiti pollex & index, vel etiam sicci hoc pulvere aspergantur: contineatur dens aliquandiu, mox extrahatur agitando & commovendo.

Color. dentium fœdus. Aqua. ℞. Alum. ℥vj. sal. com. ℥iij. Mastichea ℥j, Myrrhæ ℥ß, Caryophill. ʒvj. misce fiat destillatio, qua fricentur dentes.

Alia ℞. primæ aquæ mellis destill. albæ ℔ j. salis albi ℥ j. alumin. ℔ ß salis destill. in B. Usus; ablue prius dentes, quibus siccatis panno, fricentur prædicta aqua.

Aqua purgans dentes, & incarnans. ℞. sal gemmæ alum. rochæ, 🜍 ana ℔ ij, baurach ℥x. perl. contus. corall. ana ℥ ij, ※ fortiss. ℥ iiij, destill. s. a. NB. præstantiss. ol. camphoræ est, cum panno vel tela asperiori illitum & afficatum.

Angina. Quædam mulier angina laborans, cum deglutire non posset per 3. septiman. nutrita fuit clysteribus, ut artis est, tandem excogitatum jusculum per nares syphone injicere, quod sibi viam parans per œsophagum, ægram aluit, & calorem ad vomicæ ruptionem promovit, sicque emisso multo & olido pure convaluit, post octiduum ab injectionibus tentatis: Tota curatio intra mensem absoluta est.

Morbi Pulmon. Thoracis, Cordis in genere.

Syr. de Nicotiana. Fit ex succo, ut artis est, ad omnes pulmonum morbos, ubi præsertim abstersione opus est, in primis utilis. Cum v. syrupus sit paulo acrior, ut palato ægrotantis, consulas: extrahenda aqua vitreis organis, quæ tandem cum saccharo ad syr. coq. Quocunque autem modo paretur, misceri semper debet cum alio syrupo, ut violarum, aut de papavere. ut ex gr., si sit cochlear j. de pe to exsucco, fumenda erit ʒj. syrup. violar. quibus bene mixtis gutt. iij. vel. iiij. ol. 🜍. ℈j. vel ʒß, flor. ejusdem.

Ad raucedinem & destillationes frigidas confert, syr. de Erysimo, qui seq. modo fit ℞. Erysimi, totius rec. M. vj, rad. elenii, tussilag. succo adhuc prægnant., liquiritiæ ana ℥ij, borrag. Cichor. Capill. ♀. ana M. jß. cordial. flor. anthos, stœchad. betonicæ ana M ß. anisi ʒ vj. passul. mundarum ℥ij. incisis & contusis F. omnium decoctio in s. q. aquæ hordei, hydromelitis, & ℥vj. succi iridis ad ℔ ij. vel iij, expressioni adde sacch. q. s. F. syrupus, quo diu & continuo utendum purgato corpore.

NB. Remedia pulmonum inspirando per suffimigia aut pulverem exhibeantur.

Ad phthisin, asthma, peripneumon. & ulcera pulmon. post universalia per 40. dies, ▽. destillatam vel potius decoctum hederæ terrest. bibat æger, & quotidiè vescatur saccharo rosato.

Asthma & Dispnœa.

Asthma. ℞ ▽ vitæ ℔ ß. sacchari albi ℥j, Cinnam. ʒj. anisi ʒiij, digerantur in fimo equino per triduum, colentur, de colatura cape ʒij, singul. diebus. hora. quint. matutina. Bolus. ℞. 🜍. sublim. ℥ß. opii correcti ʒiij, theriacæ q. s. F. bolus, dos. à ℈j. ad ʒj.

Electuar. 🜍. magistrale. ℞. 🜍. bene mundati, tusi ℔ß. Cinnam. ℥ß. Croci ℈j. ZZ. ʒij, mosch. Ros. sol. gr. ij, Mellis albiss. q. s. ad electuar. servetur in loco suo, manè sumatur ab ℥ß. ad ʒvij. jejuno ventriculo.

Pillulæ. ℞. flor. 🜍. ʒij aloës succotr. ʒj, myrrhæ, Croci ana ℈j. cum sacchari duplo pondere, mixta aliquo extracto vel melle. F. pill. vel serva in pulvere, manè sumatur ʒj. vel ℈ij.
Peripneumonia.

Ulcus pulmon. Tabes & Phthysis.

Ad ulcus pulvis. ℞. flor. 🜍, ad albedinem sublimat. cum oleo sacchari, misce, exhibe. NB. quod prædictum oleum ▽is pectoralibus immixtum, miras habeat virtutes.

Phthysis. Ptisana pro potu vel ▽. saccharata. ℞. singul. matutinis ℥iiij decocti cancrorum fluviatil. integr. fact. in ▽. hordei, cum syrupo de tussilag. symphyto &, Capillor. ♀is. Miscenda lenientia, humectantia, ut facilior F. expectoratio.

Syrupus Resumptivus. ℞. carn. testud. nemoral. debitè præparat. vel carn. cancrorum fluviat. vel ipsorum defectu pulpæ caponis ℔ jß. pimpinell. capill. ♀, bugloss. cum toto, endiviæ ana M. j. flor. violar. bugloss. borrag. ana M. ß, 4. sem. fr. major. & min. mund. ana ʒß. sem. altheæ, cydonior. ana ℈iij, sem. fœniculi ʒß, prun. damascen. jujubar. passul. sebesten ana par. x. liquirit. ras. ℥ß. berber. omnium santal. spodii ana ℈ij, hordei pug. ß. decoq. in aq. F. syr. cum saccharo & penidiis.

Alius. ℞. Carn. testud. nemoral. extremitatibus abjectis deputatar. ℔ ß. viol. flor. nenuphar. ana ℥j. 4. sem. frig. major. & minor. sem. malvæ, bombac. cidonior. papav. albi ana ʒij, liquirit. ℥j, gum. Tragacanth. arab. ana ʒi, hordei mundat. ℥jß. uvarum passarum, nucleor. pinearum, pistac. jujubar. dactylot. ana ℥j ß. penidii ℥ij, sacch. albiss. ℔ j. F. syrupus, ut artis est, perfectè coctus, utatur sæpè ex cochleari & ptisana instar pastus.

Empyema.

Pleuresis. Experim. Melle illita pars affecta, seu latus dolens calce viva, & 🜍 sinapizetur, tegaturque quadruplici linteo.

Potio. ℞. papav. erratici pulverisati ʒj ß. aut ʒij. cum aq. Card. bened. seu ebuli F. potio tepidè haurienda, inducaturque sudor, si fieri potest, quod si supervenerit vomitus, reiteretur potio.

Empl. ad apostema pleuritic. ℞. Acetosæ sub cineribus coctæ M. ij. far. fabar. ʒiij, ficuum pingnum. iiij. fol. rutæ ʒij, præcipitati dulcificati per ablutiones ℈ij. F. empl. Emplastr. ad quemvis dolorem, & falsam pleuritidem ℞. Sapon. Hispanic. ℔ ß. ol. ros. ℥vj, liquefactis injice cerusæ, minii ana ℥ij ß, liquefactis illis intinge telam veterem, & appone super locum affectum, donec decidat. Scabiosa multum valet.

NB. Pleuriticos purgare non veremur ante vij. diem contra priscorum medicorum decretum, qui ignorarunt medicamenta benigna, quæ nos habemus, v. g. 4. vel 5. die cum decocto scabiosæ exhibeo ego Rhabarb. infus. syr. ros. pallid. infus. man. calabr. &c.

Em-

Emplastr. ♀. apud pictores (forsan Pictones) ℞. picis navalis ℥iiij, resinæ ℥iij, ♀ ℥iß. flor. chamomil. ℥ß. irid. flor. ℥ij. Cimini ℥iß. ol. lilior. ℥iß. Thereb. ℥ij. flor. lavend. ℥j ß. F. emplastrum pro latere dolente.

NB. Bardan. pulvis arcanum est ad pleuresin, cujus ea vis est, ut coagulatum dissolvat sanguinem, vel extra corpus, si ei aspergatur.

Item. fol. buai adeo sanguinem purgant, ut si eor. pulverisat. ʒj. exhibeatur. v. g. cum ▽. papav. Rhœad. & post horam pleuritico mittatur sanguinis, is floridus emanet. Rumpit abscessum pomum excavatum, thure repletum, coctum sub cineribus, & manlum cum saccharo candi.

Tussis. Potio ad tussim ex febre continua, quæ somnum conciliat, & fluxionem sistit. ℞. aq. papav. errat. ℥v. sacch. candi ℥j. misce. F. potio, sumenda antequam eas cubitum. F. P. Ad idem valet oleum. ♀. cum aquis propriis.

Ad quamvis tussim. ℞. ♀. pul. ℥ß. pone in ovo sorbili recens cocto, addendo benjoin ad magnitud. ciceris, utere serò & manè, vel sæpius, si morbi gravitas requirat. Ad Tussim inveteratam. ℞. Gallum gall. ruffum exenteratum, repleatur rasur. lig. Guaiaci, sarsæparillæ, sem. nasturt. saturejæ, hyssop. croco, sem. Carthami, coq. in olla perlutata ad putrilaginem, colaturæ ℥viij. sumas vesperi, sudando in ingressu lecti, tantundem media nocte, reliquum manè, sudores provocando. Ad Tussim & Catharrum juvat etiam Cæpa excavata, pul. cumini repleta, cum butyro & sacch. candi cocta, pro Loch. In tussi ad Gordaoum. ℞. mell. opt. cochl. j. anisi, cumini, fœnic. ana cochl. j. cum. vino rubro coq. & bibatur calide serò eundo cubitum. Expert. Sputum cruentum.

Syncope, Tremor & palpitantio, vide cap. de phrenitide. Ventriculi & intestinorum morbi in genere.

Abjecta appetentia, Cruditas, ructus, singultus, Nausea, vomitio cruenta, dolor ventriculi & intestinorum.

Ad orificii stomachi ulcera. ℞. flor. Centaur. ʒj, hypericonis ʒß. Corall. rub. ʒj, succi papav. albi pro incorporatione, ad massam formandam. Dosis à ℈iiij. ad ℈vij, purgat & incarnat.

Consil. Zvving. pro dolore stomachi ad parentem meum, quod ita est. Ut Dei solius est, naturæ primigeniam constitutionem transmutare, sic naturæ, Dei ministræ, ea, quæ ad ejusdem conservationem defensionemque faciunt, Medico subministrare. Ergo cum (quantum ex scripto tuo vir doctiss. intelligere potui,) symptomata, quibus te satis longis intervallis affligi conquereris, ex humoris acidi ejusdemque limpidi illuvione seu collectione potius in ventriculo, hinc vero ex insigni dyscrasia Hepatis adurentis; Lienis in acorem convertentis, provenire existimem, cui redimendo deinde ventriculus mora diuturniore, veluti colophonem imponat: ut hæc ipsa, à doctiss. Medicis probè perpensa, repetere supervacaneum sit, sed ad ea, quæ ex usu esse videbuntur, descendere opportunum.

Victus ante omnia rectam rationem tibi, ut puto, familiarem retinebis, in alimentorum & exercitiorum debita proportione consistentem, ut ex Hipp. præscripto neque ignis aquam, neque aqua ignem consumat. Stato inde tempore, vere præsertim & autumno, purgation. levibus & naturæ amicis saburra ventris exenteranda, quarum, ni fallor, exemplar mox subjungemus. Iis per octiduum, vel amplius, vel continuis, vel interpolatis, magno cum fructu, ut spero, uteris: singulis inde mensibus eodem medicamento bis vel ter utatur. Nam cum naturæ amicum sit, multo illud facilius, quam ullum aliud, foret. Tale autem à me, ex ipsius Zvving. scheda, consilio additum purgans medicamentum, de quo paulo ante verba facta existimo.

℞. Sarf. parill. concisæ, cort. Guajaci ruditer contusor. ana ℥j. passul., jujubarum ana ℥ß. sem. anisi ʒij. rad. liquirit. ℥ß. infund. in aq. hordei ℔vj. decoque lento igne carbonum ad dimidias, decoctum, ubi refrixerit, per linteum colato triplex, bujus ℞ ℥uij vel v. in funde per noctem, fol. sennæ ʒvj, rad. Mechoacan. Rhabarb. ana ℈ij, Cinnam. ʒj ß, Manè, factâ colaturâ adde syr. rof. sol. ℥ß. cum aq. cinnam. aromat. Corroborantibus interea utendum & alterantibus, pro ætatis ratione, itaque mane duabus horis ante cibum viribus, laudarem Bolum ex rad. Cichor. conf. rof. pall. cum spiritus calchanti s. q subactum; multo verò magis cum 6. guttis thriolei rubri, puto ol. ⊖-i., quod & naturalibus visceribus robur addet, & vitalia potenter defendet. A cibo coctionem ventriculi juvantibus uteris, cidonior. conserva, cum aromatib. & anisi sem. parata, interdum quoque pulvere crassiore ex sem. anisi, coriandri, fœnic. ZZ. Cinnam. rad Glycyrrhizæ & similibus. Quod si paroxysmus fortè vehementior irrueret, naturæ, se per vomitum exoneraturæ, conatus adjuvetur: Quandoquidem ex Hippoc. nostri præscripto, quo natura vergit, eò ducere oportet per vias convenientes. Ad stomachi imbecillitatem affectusque frigidos. ℞. vini albi generosi canthar. iij, aq. font. canth. j ß. misce. tum mediam partem infund. in testam vitreatam, seorsim asservandam; reliquum liquoris ollæ impositum igni apponatur t sub ebullitionem addatur leoz oriental. ℥ij. lig. Guajaci, raf. ʒj, Rhabarbari contusi ℥ß. anisi pulverisati ℥j ß. cort. lig. sancti contusi ℥ij, hæc ordine observato vicissim injiciantur, ita ut interstitium sit breve admodum, tum misceatur decoctum, cum altera liquoris parte, in fictili seorsim reposita, ab igne tollatur, recondaturque sub culcitra, spatio diei unius. Usus est, ut cyathus unus tribus matutinis ebibatur, sine ulla custodia. Oleum ad quemvis dolor. stomachi, & podagram frigidam. ℞. Suc. Mentæ, salviæ, absinthii, abrotani ana cyath. j. misce per linteum cola, adde vini Malvatici opt. ol. olivarum ana cyath. iiij. misce & in olla vitreata coq. △. lento ad ʒas. cui adde thuris Mastiches ana ℥ij, probè pulverif. coque rursus ad perfectam incorporationem, cola, & ad usum serva, qui erit, si ungatur orificium stomachi, vel pars affecta.

Pill. de Aloë ad catharrum, & stomachi *Ἀνεξοδίαν*.

℞ Aloës succotr. ℥iiij. pulverif. & in ▽. Endiviæ & fumar. ana lava diu multumque, tunc exicca ad ☉, extractis, si quæ sunt, immunditiis, tum ℞ rof. rub. ℥vj, detracto albo terantur ad instar conservæ, mox aloe præparata & pulverisata prædictis rosis injiciatur, misceaturque. F. massa duratura per biennium. Dosis crassior pill. j. aut altera ante cœnam aut prandium, superhausto jusculo, aut vitro vini meri optimi. Porrò quoniam massa durescit, incidatur, & pill. factæ asserventur, & igni, ut mollescant, adhibeantur. Saccharum anisi. ℞ sacchari q. v. coq., & despuma ut autem est, instar manus christi. F.

Pillulæ de moscho. ℞. Moschi, myrrhæ ana ℈iiij. stœchad. rubiæ tinctor. pulegii, cort. citri, piperis longi, Cassiæ ligneæ & fistulæ, calam. aromat. ana ʒvi. spicæ ʒß. cum syr. de arthemisia vel alio appropriato. Fiat massa. Valet ad cerebrum, Menses mulierum.

Nuc. mosch. præparatio. ℞. Nuc. mosch. ℥iiij. mel. rosar. ℥vj. aquæ vitæ ℥ij. bulliant ad consumptionem spiritus vini, colentur. Capiat decolatura ʒj. vel ij. è cochleari aut jusculo, una hora ante pastum. Potest vocari etiam moschatum, suavem halitum conciliat.

Aqua Cinnam. extract. ℞. Cinnam. interioris ℔j. aq. vitæ ℔vj. aq. rof. ℔j. facchar. finiss. vel candi pulveris. ℔iß. digerantur in Balneo per 15. dies, destilla, donec tota aqua vitæ emanarit, remanebit extractum, cui adde moschi opt. ʒj. sumat ante & post pastum. Appetitum conciliat ægris, cum butyri recentis tantillo fusa & liquata, addito succo arantii.

Aloë violar. Fiat extractum aloës cum aq. Cichor. ℥iij. adde succi rof. pall. depur. ℥iij. succ. cydonior. iß. coagulentur ut artis est, adde Rhei q. s. Fiat pill. sumat 2. vel 3. ante pastum, semel in septimana.

Conserva citri: Coq. Saccharum in ▽. rosar. cocto admisce cort. citri, cum acore citri q. s. coquatur in rupem, & formentur frusta si lubet, potest addi inter formandum aliquid olei anisi. Quid si oleum ex ipso cortice extractum per refrigerium sumatur?

Stomachi vomitu debilitati, corrobor. Fiat cataplasma calid. ex cidonia cum modico fermento, coctis ad putrilaginem in vino rub. sub austero. Coq. cidoonia no. viij. cum ℔ß. facch. & stomachic. speciebus, pareturque cydoniatum, utetur ante pastum, vel dilutum instar syrupi, de quo sumat æger quavis hora è cochleari.

Βουλιμος, Pica, Malacia, fames Canina.

Sitis aucta, imminuta, depravata.

Cholera morbus.

Colica passio. Clyster. ℞. Vini albi canthar. j. Parisiensem, bulliat lento △. in olla fictili ad 3as, adde facch. finiss. ℥iij. ovor. vitell. no. ij. detractis germinibus. olei rof. ℥iß. ol. viol. ʒß. olei seu essentiæ Thereb. ʒß. misce & calidum syringa excipe, additis xv. vel xvi. guttis essentiæ juniperi vel anisi. NB. Etsi febris adsit symptomatica doloris, nihilominus injice clysterem.

℞. Rad. rapsi barb. q. s. tere opt. pone in vino per 12. hor. coletur, & bibatur ad ℥vj. pro qualibet vice. Item accipe stercus pecorium, fricetur in sartagine cum oleo, & calidum loco doleoti superimpone. Item ℞. Stercus equinum cum vino mixtum, colatum aromatizatum cum momento Cinnam. & facchari, potum sedat Colicam.

Colica ventos. ℞. Conf. de bacc. lauri ʒj. detur in vino manè.

Colicæ & arthritidis vera cura Jos. Quert.

Bis in anno purgetur colicam habens, Majo & 7bri. vel. pill. sequentibus vel vino essentiali Colico. Pillulæ. ℞. Serapini ʒß. dissolve per acetum, coletur, inspissetur ad justam tenacitatem, cujus massæ accipe reliquum, Trochisc. Alhand. ʒiß. sp. hier. picræ ʒj. sp. diacolocynth. ℈j. diagridii ℈j. ⊖. gem. gr. vj. misce, Fiat massa pillul. formentur xi. pro quavis ʒj. deaurentur, capiat pro dosi tres, noctu ante ingressum lecti: Prodest etiam bened. laxativa ʒß.

Vinum essentiale Colicum. ℞. Rhabarb. ʒij. trochisc. alband. ʒj. diagridii ℈ij. Euphorbii ℈j. bened. lax. ʒß. vini ardent. ℥vij. Mittantur in vitrum, per 6. dies ita infusum teneatur: demùm exprime, & serva cautè, sumatur, bis in anno ut supra, pro quavis vice ʒj. mixta cum sero caprino. Sumpta alterutra harum purgatione, si quid reliquarum in intestinis aut colo remanserit, & sentiatur pon[d]orius dolor circa umbilicum, post dies 2. naturales utatur sequenti clystere. ℞. Juris gall. mens. j. bened. lax. ℥ij. spec. hier. picræ ʒj. ol. decocti cum gr. juniperi ℔ß. misce, injiciatur.

Vinum. ℞. Ol. com. rec. ℔j. gr. juniperi contus. qu. j. Cymini rom. ʒß. ostruti. ℥ij. Euphorbii ℥ij. conquassentur omnia simul, in cantharo clauso, in aq. bullienti, per 2. vel 3. hor. coq. & colata misce cum vino Malvatico, vel phalerno & generoso calefacto, bibatur quoties placuerit.

Unctio. ℞. Residentiæ prædicti, adde ol. beoed. vel Caryophill. ℈ij. vel ol. anethini ℥ij. misce, & umbilico tepidè inunge; pector. item, locisque affectis, pro necessitate reiterando, utendoque semper calidè. Si verò dolor vel non cessaret, vel aliquando recurreret, loca dolentia, præsertim circa umbilicum, inungantur sequent Balsamo. ℞. Galban. ter destill. quart. j. ol. laurini destill. quart. s. ol. therebint. ter destill. quart. ij. adde Castor. ʒß. Euphorb. ℥iij. misce & destilla cum gum. hederæ ℥j. Fiat balsam. quo utere calido. Clyster iste insuper licet usu communi. ℞. Ol. juniperi priua descripti, quart. j. ping. gallinæ ℥ij. ol. anethi ℥iij. ol. laurini ℥j. flor. Chamomil. M ij. Decoq. simul clauso cantharo per horam, coletur, detur pro clyster. addendo salia q. s.

Experimentum in principio Colicæ, vel præsente paroxysmo. ℞. Euphorbii in ovo sorbili, vel haustu calido vini præparati & garyophillati, cujus descriptio sequitur. ℞. Benedictæ, caryophill. acori, Euphrag. ana M ij. gran. ostrut. juniperi, cymini Rom. ana ℔ß. mustum novum & bonum, mensur. 30. in quo ponantur, & dolio excipiantur, donec omnino defecatum sit. Utatur præsertim manè, vel pro primo haustu prandii: vesperi vero eodem stomachus occludendus.

Tabul. diacymin. ℞. Sp. diacymin. Veter. descript. ʒj. baccar. lauri pulv. gr. juniperi ana ʒß. lentiscini ℈ij. facchari q. s. fiant rotulæ secundum artem.

Ad dolorem Colic. ℞. Rad. rapsi barb. q. s. tere opt. & pone in vino per 12. horas, coletur vinum, & bibatur ad ℥vi.

Ad Colicam ventos. ℞. Flor. ♁. gr. ij. ad delicatos, pro aliis grana iij. vel iiij. in vino albo.

Massa pillul. mirab. in dolor. colic. & aliis. ℞. Pulv. arom. rof. diagalang. ana ℥ij. Castor. ʒß. Euphorbii gr. xx. opii ℈ß. piperis ʒß. Croci ℈i. myrrhæ ℈i. Cinnam. ʒß. pulverisata cum Malvatico, aut alio odorifero Fiat massa. Dosis à ʒß. ad ʒi. somnum conciliant.

NB. Hucher. ol. amygd. d. ℥iij. post universalia dedit; Vel ol. Therebint. cum ol. amygdal. ex brodio.

Item cæpa excavata, myrrha repleta, cocta sub cineribus, & umbilico apposita conducit.

NB. ℞. Colocynth. q. s. incidatur minutim, infunde in ol. com. bulliant, ungatur venter.

NB. ℞. Ol. amygd. d. express. rec. ℥iß. vini malvat. ʒß. syr. de papav. ℥ij. misce, bibat uno haustu, clyster. ex Hyppoc. vel vino Malvatico jungatur.

Clyster. ℞. Suc. rutæ ℥ij. ol. ouc. vini rub. opt. ana part. æqual. Fiat clyster. si lubet propter dolorem renum, potest aliquid addi Therebintinæ.

Colica. ℞. Theriac. ʒj. opii gr. ij. pro ægri viribus, vel pul. theriacal. ʒß. opii gr. j. cum facharo fiat bolus.

Enem. ℞. Malv. rosmar. absinth. vulg. menthæ salviæ rutæ ana M j. sem. dauci Cret. ℥ij. fiat decoctio,

in colaturæ ℔jß. dissolve succ. betæ & major. extract. cum vino albo generoso ana ℥iij. ol. nucum ℥ij. Castor. ʒiß. Fiant clyster. du ., injiciantur, ut post unum, alterom 3. horis interpositis succedat; ℔ iß. pro singulo, adde thereb. ℥ij. Quod si materia flatus subesse conjicitur, adde purgantia. In colica flatolenta frigidaque pomata. Unguent. de artanit. ℥iij. ol. de scorpion. q. s. Fiat linimeotum, inungendum bis aut ter in die, longè à pastu, supertegendo sequenr. cataplas. NB ℞. Rad. & fol. discut. & sem. Fiat decoctio in æq part. vioi & olei, residentia teratur, cribretur, cribratæ adde unguenr. de artanita ℔ß. ung. lathyrid. descript. Fernel. quart. j. ferment. ver. gr. iuj. ammoniaci in ⋇ sol. ℥ij. ol. anethi q. s. Fiat cataplasma, apponatur ex stupa canabin. Oleum: Cæpa ona coq. in olla vini plena, addito lini semine, oleosa expressione ungatur abdomen.

Diarrhæa, Lienteria & Cæliaca.

Ad sistendam diarrhæam & Lienter. ℞. Panem factum ex subtilissima & purissima hordei farina cum vitell. ovor. mixta, coq. in aq. tum panem serva ad autumnum, vel annum sequentem, & ubi fluorem sistere velis, micas ejus lacti saccbarato immisce, ad pulticulæ consistentiam, de quo æger jejunus capiat cohlear. 4. 5. vel 6. mirum est.

Opiatum. ℞. Chalyb. præpar. ʒß. cons. malv. aut lacchar. rolati ℥ij. capiat manè jejuno stomacho, donec sistetur. Theoph. ℞. Alum. hæmat. croci ♂. ana, fiant trochisci cum g. arab. dissolve in aq. plantag. Dos. à ʒß. ad ʒiß.

Ad diarrhæam. ℞. Succ. hederæ terrest. q. s. orizæ opr. coctæ, & ubi ab igne removeris, vetustia linteis tectæ & quasi suffocatæ, q. s. vitell. ovor. q. v. misce io patina lupra ignem, Fiat pulmentum.

Dysenteria.

Experim. ℞. Medull. pan. albi ℔ij. lact. ℔iij. distill. in alembico, de destillatione capiat manè, jejuno stomacho.

Constrictivum Theoph. ℞. Croci martis ʒj. boli coagulati ʒß. secundum paroxysmum exhibe, ad lienteriam, diarrhæam & hæmorragias omnes.

Laudanum ad morbos deplorat. præcipuè Lienteriam, Dysenteriam, Diarrhæam. ℞. ☉ laminat. ʒß. margarit. non perforar. ʒij. asphalati, flor. ☿ ana ʒß. croci oriental. ʒjß. Myrrhæ, aloës epat. ana ad pondus omnium. Reduc ad formam. Dosis à gr. iiij. vel 7. ad x. Item ℞. Sem. Cydon. pyror. coctorom & siccatorum ad ☉, vel in clibano, ad q. s. coq. simol in ▽. Expressus liquor detur manè & serò, & cum ▽. mixtus pro potu ordinario.

NB. Corall. dissolut. in succo berberis, cum perlis præparatis, ut artis est. Nuclei Corneol. summè astringunt. ℞. Hepar gallinæ, assetur ad dimid. deinde accipe tostam panis, infunde in ⋇ forti, deinde lutea duor. ovorum indurata, cum dimidio nuc. moschatæ, pistentur simul, bulliant in parvo vase fictili, adde ceræ novæ magnitud. nuc. capiat omni hora.

Succus Lentisci astringens roborat.

Ad dysenteriam Stellæi. Instillentur umbilico gutt. 3. vel 4. axung. collectæ circa renes rupi capræ, miraculo persanat.

Ad idem facit, ut & ad alios morbos, præcipuè in quibus summa urget imbecillitas virium, aut fluxus aliquis.

Tinctura Corallorum.

℞. Rasur. lig. Guiaci, aut quercus, aut juniperi q. v. pellatur in retorta, & extrahatur ol. cum ▽. rectificetur aqua in alembico, affundatur stillatitius liquor corallo in porphyrite lævigato, toties, donec crebris affusiooibus tinctura rubicundiss. extracta fuerit, quæ coagulatione, ut artis est, inspissetur. Tinctura rectificetur, & ex ea aq. seu menstrui odor tollatur, elevatis supra eam sæpius aquis cardiacis, demum b s aut ter aq. Cinnamomi.

Aqua vitæ ex Corallis ita fit. Domatur Corallum per ⋇ destillatum, ut artis est, redigaturque hoc pacto igne Magico in sal, mox per inclinationem effundatur ⋇, siccetur corallum, & validissimo △ pellatur in retorta, prodibit aq. vitæ subtilissima & quæ flamma penitus absumitur. Ejus gutta j. aut altera gelatina consumatur, & admisceatur.

Pillul. ℞. Aloës epat. ▽ros. lot. ʒiij. thuris ℈iiij. Mastich. rosar. rub. ana ℈j. Macis, Cinnamom. nuc. mosch. ana ʒv. opii gr. iij. Castor. Croci ana gr. j. syr. Cidon. q. s. Fiat massa, ex cujus ʒi. formentur pill. 6. capiat hora somni.

Tenesmus.

Aoi procideotia fotus & insessus. ℞. Flor. Chamomillæ M j. vini Malvat. ℔iß. Macerentur per horam unam aut alteram super carbones, lento igoe, foveatur anus, linteis in ea madefactis, tam calidè ac ferre potest, Reponatur in locum pristinum, tum spongiam madefacito in eodem vino calefacto, & expresso liquore, super spongiam calidam sedeat æger, eamque sedendo comprimat; Hoc etiam modo Tenesmus curatur.

Fol. malvæ & rasur C. cervi huc referuntur.

Vermes.

Opiata. ℞. Ficuum opt. purgat. exempto capulo ℔j. pista in mortario marmoreo per iiij. hor. adde Mellis albiss. ℔i. misce opt. & injice sem. contra vermes ℥iiij. probè agitando ad perfectam mixtionem, in olla vitreata per 3. septimanas ☉i ferventiss. expone, ut coquatur.

Pulvis ℞. Comar. centaur. minor. lupin. ana ℔ß. sem. contra vermes, absinthii, gr. lauri, gentianæ ana ℥iiij. aristol. rot. polypodii, petrosel. Macedonici, Zedoar. myrrhæ ana ℥ij. abrotoni ℥i. sem. Athanas. ℥iij. Coriandri, aloës, sem. portulac. rad. dictamni albi ana ℥ii. fol. senæ. Rhabarb. ℥i. misce in pulv. cujus dosis in adultioribus ʒi. pueris ʒß. infantibus ℈i. cum melle, lacte & vino albo.

NB. Ol. ex sem. colocynthid. vel ex amygd. amar. per expressionem externe conducit.

℞. Aq. vel potius infus. gramin. & acetos. (quid si corallios &c. addantur?) ℔i. sacchari ℥iv. Cinnamomi ʒiß. colentur per manicam instar vini Hippocratici, exhibeatur è cochleari.

Tabell. ℞. Lumbr. terrest. calcinat. ʒii. bol. arm. ras. eboris & CC. ana ʒi. elect. diacarthami. ʒi. Excipiantur q. s. sacchari, in succo limon. dissolut. Fiat magdaleon. in tabel. distribuendum capiat tabell. j. pondere ʒii. singulis diebus per se, vel cum jusculis & panatellis.

Nodulus. ℞. Corall. rub. sem. citri, & contra vermes ana ʒi. includ. nodulo, qui exprimatur fortiter in suis jusculis.

Processus ad vermes. ℞. Medull. sem. carth. mundi ʒiii. hyssopi p. j. incidantur & ponantur in pullo gallin. Fiat decoctio, adde acetos. portulac. fol. teneræ berberis ana M ß. cap. de jure colato ℥iv. adde butyr. rec. ʒii. salis parum, capiat manè per 2. vel 3. dies.

Emplastrum. ℞. Aloës ʒß. myrrhæ ʒii. baurach. ʒi. pulverisats incorp. cum sell. bovis, fiat emplastrum pro stomacho & umbilico, applicandum post jusculum.

NB. In vermibus equorum, vidi in aq. communi infundi par. asæ fœtidæ, quæ equo sitienti propinata, eduxit magnam vermium copiam.

Hæmorrhoides.

NB. Præstantiss. remedium ad hæmorrhoid. & fluxum & dolorem, est Trifolium hæmorrhoidale Mouspeliensium, pondere xv. gran. potum in jusculo pingui & pistum.

Ad hæmorrhoid. unguent. ℞. Theriac. Ceruss. ana, olei nuc. ℥ij. aq. rosar. q. s. Fiat unguentum, quo ungatur per 15. dies, bis in die. Interim fiat suffimigium tale: ℞. fol. viol. & tapsi barbati ana, bulliant cum vino, & sedens accipiat fumum.

Aperiuntur hæmorrhoides cum amygd. amar. tusis; Cum succo ciclam: aut cum lupinis amaris tritia, & miaris cum felle bubulo.

Ad tumidos & dolentes hæmorrhoid. ℞. Pul. scarab. in fimo vaccino inventorum, in ol. lini bullitorum, & quater in furno èxiccatorum, imponatur. ℞. Plumbi limati ust. ℥j. succi solani ℥i. vitell. unius ovi, fiat unguentum in mortario plumbeo.

℞. Asellorum s.q ceræ ℥iii. ol. lini, nucum, vel olivar. ℥ii. fiat linimentum. Item ℞. Oleum sem. lini ℥. opii ℈i fiat unguentum.

Linim. ℞. Tria pyra, quæ ad △. coq. solent, ol. rosar. ut supernatet j. digit. bulliant ad olei consumtionem, adde ceræ albæ parum, illine.

Linim. ℞. Ung. populei ℥ß cum vitello ovi unius, opii gr. v. vel vj. dissolvantur in aqua rosarum, applicetur super anum, unctu bombace.

NB. ℞. Cochlear. limac. in vitibus collectar. mundat. & in clibano siccat. q. v. tere in mortario plumbeo ut alcool. vel, ut citius fiat, in alio mitte per setaceum, pulveris ʒi. cum ℥i. butyr. recent. tandiu agitetur, in mortar. plumb. eodem pistillo, donec fiat linimentum, ungantur hæmorrhoides dolentes. NB. Idem præstant aselli, cum oleo rosat. agitati, in mortar. plumb. instar ung.

Obstructio Hepatis, Scyrrhus & Tumor.

Pulvis. ℞. Chalyb. præpar. ℥i. pulv. nuc. moschat. Cinnamomi ana ʒß sacchari ad pondus omnium, detur dimidium cochlear. Pro saccharo substituo dialaccam, his adde stercoris anserini exicc. ʒi. valet ad oppilationes & obstructiones lienis, hepatis, & morbum virgineum.

Ad obstruct. hepatis pill. ℞. Bdellii & gum. Ammoniaci ana ʒiii. spec. hieræ picræ Galeni ℥ß. Rhabarb. ʒiß. Ex omnibus fiat massa cum oxymell. fiant pill. num. vi. pro ʒi. capiat duas pro dosi.

Emplastrum ejusdem. ℞ Gum. Ammoniaci ℥iii. benjoin ℥i. laudani, ℥ii. dissulv. cum aceto squill. adde pulv. absynth. ceterach. sem. rutæ ana ʒiii. moschi in vino dissolut. ʒß. ceræ q. s. cum ol. de capparibus fiat massa emplastri, de quo extende pro regione umbilici, mutetur tertio die.

Pillulæ Riverii ulualea pro se. ℞. Gum. Ammoniaci in aceto squillit. dissoluti aloës ana ʒvi. myrrhæ ʒiii. Croci, Masticheaana ʒi. fiant pill. incorporentur cum pauco oleo de sem. anisi & mell. rosar. si opus sit.

Emplastrum. ℞. Gum. Ammon. in aceto dissol. ℔i. laudani, styrac. calamit. ℥iv. Thereb. ʒvi. ceræ & olei de mentha ana q. s fiat emplastrum.

Pillulæ de Ammoniaco River. aliæ. ℞. Gum. Ammoniaci in aceto squillitico sol. ʒiii. spec. hier. picræ ʒiß. aloës crud. ℈iv. myrrhæ ℈i. croci gr. vj. omnia exactè præparata in corpor. cum syr. de absinthio, fiat massa mollis. Dosis ʒi, vel ʒß. pro viribus. Usuales sunt ad omnes hepatis, lienis ac mesenterii obstructiones, ita, ut cuidam valdè Melancholico, per 12. dies consequentes, data sit ʒi. potentissime blandè & sine molestia purgant. Possunt sumi ante cœnam duabus horis, super hausto post horam jusculo, sequenti die operantur.

Inflammatio Hepatis.

Icterus & Arquatus, flavus & niger.

Ad icterum virgineum vide cap. de obstruct. hepatis.

Ad Arquatum. ℞ Stanni calcinati, ℈v. alipæ moschat. ℈i. bdellii ℈ii, misce. Dosis ℈i. aut ʒß.

Ad fœdos virginum colores. ℞. Limatur. chalybis ℥ii. sexies aut septies incende ad rubedinem, & extingue in aq. ros. pulverisa ut alcool, addendo sem. fœnic. ʒii. coriandri præparat. ʒi. sacchar. ℥vi. misce fiat pulvis, de quo sumat, singulis matutinis cochlear j. superbibendo tantillum vini albi absinthitis, primo verò purgato corpore convenienter, ut moris est.

Vinum è limatur. chalybis. ℞. Lim. Chalybis ℔i. pulveris. subtiliter & insunde in ⚹ fortissimo per 24. horas, ita ut superet 2. digit. quod effundendum, tum exiccabitur, qualibet vice sicca, ad △. vel ☉, excepta 4ta & ultima, quæ non penitus exiccanda: limatura hæc ita præparata extendatur supra petiam, cui injice caryophill. pulv. ℥ii. siccentur omnia perfectè, & in matratio ponantur, additis vini albi opt. & generosissimi pintis duabus, digere in calore moderato per 15. dies, agitando quotidiè, tunc invenies limaturæ partem liquefactam, quam effunde per inclinationem, addito novo vino, & operatione reiterata, donec tota sit dissoluta. Quod dissolvi non poterit, siccatum teratur ut alcool, pulveris dosis sit ʒiß. cum ℥ß. alicujus conservæ, liquoris digiti duo in vitro, deambulando fortiter post sumptum medicamentum. Continua per octiduum jejuno ventriculo 4. horis ante cibum.

Experimenta ad icterum. ℞. Tapsi barbati radic. infund. in vino albo, & propina pro necessitate: item stercus gallinæ siccum in eodem infunde, & propina.

Pallido colori virginum prodest vinum sabinæ 9. matutinis bibitum.

Ad icterum. ℞. Sterc. rec. trium juniorum anserum, fœniculi, petrosel. ana M ß. terantur fortiter excipiaturque succus, vini albi ℥iv. vel v. colati sumat æger vitrum 1. vel 3. digitis. si ingratior sit, adde sacchari parum, sed inefficacius erit.

Hydrops.

Ascites, Tympanites, Anasarca. Potio pro omni Hydropico. Tartari rub. ℔i. hirundinariæ bulbosæ in locis humidis crescentis ℔ß. colchot. ℥viij. vini ardentis q. ß. post incorporationem destilla per alembicum, Dos. ʒß. in vino Malvatico manè & vesperi, sic pellitur Hydrops per urinam valdè fœtentem, perge donec signa recedant.

Glans. ℞. Rad. Cucum. asin. longam 6. digit. eam oleo inunctam ano inde, mirabiliter aquas extrahit.

Idem præstat radix Ebuli.

Potio. ℞. Cort. cucum. asin. infus. in vino albo mixto cum melle ad s. q. propina, aquas educit, & per secessum, & per vomitum.

Timpanitis arcanum est liquor ex floribus tapsi.

Ad Asciten. ℞. Stanni calcin. ʒß. sang. dracon. ʒii. liquoris tapsi ʒi. misce detur ʒß. pondere.

Salis absinthii usus. Sal istud, ad fabæ magnitudinem, cum Mithridat. commixtum, pondere 7. vel 8. granorum, ægro in haustu vini Malvat. propinatum,

natum, valet: Collocandus æger in Balneo vaporifero, appositis lapidibus calidis, in quos effundatur vinum, cum quo macerata fuerint ligusticum & ebulus, sudet, nulla in eum asperla aqua, sudorem deterge linteo calido, & ægrum in lecto repone, hoc ter in septimana reitera. Potest etiam usurpari ʒ. granor. instar, cum ▽. levistici vel absinthii.

Pulvis Hydropicorum. ℞. ZZ. ʒiij. cal. aromat. macis, medull. sem. Carthami ana ʒvj. fol. soldanellæ, sem. Ebuli ana ℥j. Scammon. præparat. ʒiiß. rosar. rubear. ℈ii. senæ, sem. anisi ana ʒvj. agar. trochis. ℈iv. surbith. ʒvj. amygd. amar. cymini ana ℈v. io sacchar. rosar. ℥i. cum vino albo bibat, quarto quoque die ℥ii. Pro muliere, cui inflatæ tumebant tibiæ, eratque hydropis metus, post pill. de Ammoniaco, Julepum idoneum, & fotum tibiarum, lntua fiebat talis: ℞. Salis crassioris pulverisati ut alcool. ℔i. suc. Ebuli & ol. rosar. q. s. ut fiat linimentum.

Ad Hydrop. Aqua salia jam resoluta, expellatur per extractum aq. ebuli commixtum. Idem præstat ☿ius præcipitatus io sua minera. Dos. gr. xii. vel 13. Exiccantia postmodum, ut ♂ tinctura, vel Crocus, vel ☿ vivum metallorum, item ♀. essentia, Alkali Ellebori, sepeliantur in fimo equino hydropici.

Item fiat potio ter in hebdom. ex succi cort. med. sambuci ℥ii. vini albi ℥ii.

Sal genistæ, vel lixivium ex ejusdem cineribus, cum tantillo Cinnamomi, nuce mosch. ex vino albo exhibeatur, mirè per urinas educit.

℞. Soldanell. ℥i. infund. in vino albo, & fortiter exprimatur, expresso adde soldanel. pulverisatæ ʒiß. suc. Ireos ℥iß. detur cum pauco saccharo.

Experim. ad Hydropem. Mater Domin. du Four. Med. Reg. hydrope laborans ab [illegible], irritis omnibus aliis remediis, convaluit usu ptisanæ, cui, inter bulliendum, injiciebantur M ij. vel iij. secalis, procuratus fuit levis alvi fluxus, & copiosa aquarum egestio.

Cachexia. Ad fœdos vir. color. ℞. Cinnam. ʒß. anisi ℥i, Carabea ℥iii. pul. diamosch. d. ℈iv. limat. chalyb. præparat. ℥i. pul. ducis (sacchari) duplum omnium, fiat pulvis, capiat ʒß. manè, dissolvendo cum vino albo, per aii. dies.

Ad fœdos colores. NB. ℞. Limat. chalyb. præparat. ℥i. cornu Cervi præparat. pulv. arom. rosat. ana ℥ii. sacchari candi ℥ii. conser. melissæ, beton. anthos ana ℈ii. cons. violar. & borrag. ana ʒß. fiat pulvis, vel potius conditum, de quo sumat cochlear. j. manè, superbibendo vini absinthii ℥iv, continuando, dum opus erit.

Ad fœdos colores & suppress. menstrui. ℞. Ammoniaci, ※ squill. sol. ℥ii. aloës el. ʒiij. myrrhæ ℈ii. limat. chalyb. ℥i. Croci opt. sal gemmæ ana ʒß. omnia pulverisata incorpor. cum syr. de 5. rad. & fiat massa mollis, capiat ʒß. una hora ante cœnam, bis in hebdomade.

Ad Cachexiam virg. ℞. Limat. chalyb. præpar. (croci ♂) ℥iiß. sem. anisi, fœnic. ana ℥jß. rasur. eboris, CC. præparati ana ʒiii. mumiæ ʒß. Cinnam. ℥i. Macis ʒiß. omnium santal. ana ℥ii. asari ʒiiß fiat pul. de quo capiat ʒß. in pillulis; ℥i. in tabell. ℥ s. in opiata ℥ii. pro ℥ii. pulv. sumatur sacchar. ℔i. io aq. arthemis. fol. ad formandas tabell. Opiata & pillul. malaxentur cum syr. arthemis. vel extracto liquidiori cort. cassiæ fistulæ.

Vinum chalybeatum. In ※ albi s. q. macerato per 12. hor. rad. althex & cucum. asin. ana ℥i. abjectis radicibus, eodem aceto tepido, bidui spatio, macerato chalyb. in tenuiss. limatur. redacti ℔i. super cineres calidos sæpius agitando ad meliorem attritionem: abjecto aceto, chalybem supra linteum extendito, & per biduum in umbra siccato; chalybi sicco insperge pulv. cort. radic. cappar. Tamarisci. fol. Ceterach, thymi, epithymi ana ℥i. chalybem cum pulv. in matrasio digerito cum vini albi generosi ℔xii. ad ☉, ut artis est, per 14 dies, sæpius agitando. Dosis ℥iv. vel v. singulis diebus hor. 5. ante prandium. Post assumptionem dormias per horam, mox surgat è lecto, properèque deambulet per horam dimidiam. Victus sit attenuans, alvique facilitas, nisi natura fluat, arte provocetur. Hoc vino usus est parens meus ad roborandum stomachum, ita ut alternis diebus ebiberit serum lactis & vinum, nec inutiliter.

Item. ℞. Vini al. ℔x. aq. vel potius infusion. Ceterach. ℔ii. rad. asparagi, filic. Cappar. Tamarisci ana q. s. fol. Ceterach agrimon. pimpinellæ, polypod. ana M j. Cinnam. ℥ii. lig. sassafras aut Guaici quart. j. decoque in vase duplici ad consumtionem 6. partis, io colatura infunde chalyb. præparati ℔ii. Expone ☉. per iv. dies, Dosis ℥ß.

Scyrrhus lienis; vide cap. de obstruction. Hepas.

Empl. ℞. Empl. de Meliloto ℥ii. gum. ammoniaci dissol. ℥i. styrac. calam. mastiches ana ʒiß. olei amygd. absque igne extracti q. s. fiat emplastrum, ut artis est.

Ad Lienis duritiem. Filicis fol. & radic. contus. in vino albo macerentur, & addito ol. Capparum, coque, & adde ceræ q. s.

Ad splenis tumorem. ℞. Rad. cucum. asin. bryoniæ ana M j. scillas num. ij. lil. alb. num. j. sem. malvæ, althex & fœnugr. ana p. j. lini p. ij. fol. althex, Malvæ, parietar. Mercurial. ana M j. rad. betæ alb. M iß. decoq. omnia in ▽. ferrariorum, cum sexta parte aceti & fiat fotus ad regionem lienis.

Unguent. ℞. Bdellii, ammoniaci temperat. ※ scill. ana ℥ii. ☿. vivi, salis petræ ana ʒiii. sem. rutæ, Ceterach. ana M j. pingued. Cunicul. & equinæ ana ℥iß. omnia macerentur in succo rad. cucum. asin. post cum ol. de Croco bulliant lento △, usque ad consumptionem succi, addita cera fiat unguentum, applicetur post fotum.

Emplast. ℞. Rad. Ireos, bryon. & cort. rad. cappar. ana ℥ß. fol. rutæ, scolopend. & tamarisci ana pj. coq. pistentur & pastentur, adde Ammoniaci & bdellii ※ sol. ana ℥ß. ficuum par. ij. fermenti in aceto salit. dissol. ʒiii. ⊖. nitr. ʒß. ol. de Cappar. & ceræ ana q. s. fiat emplastrum ad figuram linguæ bovis, serico coopertum, applicetur lateri affecto.

Ad duritiem splenis. ℞. Ol. com. ℔viii. medull. crur. bovis ℔i. butyr. rec. ℔ß. suc. bryon. & ciclam. ana ℔i. bulliant ad lentum △, ferè usque ad consumptionem succi, colaturæ adde sem. agni casti, Ceterach, cort. Cappar. Tamarisci ana ℥iv. misce fiat unguent.

Ad dolorem lienis pungentem, exterius applicati fuerunt Cappar. contusi, in formam cataplasmatis aut Emplastri.

Ad Scyrrhum. Cum decocto Mandragoræ, aut succo ejus, ebur dissolvis, quo Scyrrhum sanavit Joubertus, & succo Mandragoræ solo curavit, hoc argumento ductus: Si is succus ebur dissolvit, multò magis Scyrrhum emolliet.

Cremor △/ est summum catharticum in Melancholia Hypochondriaca. Adhibeatur ad splenem emplastrum ex ammoniaco in ※ squillitico soluto.

Morbi renum in genere.

Sal ab obstructionem renum. ℞. Ol. ⊖i ʒij. olei tartari ʒß. mixta in massam, primò lacteam, deinde in sal concrescent. ℞. Salis hujus ℈ß. in aq.

ros.

rof. ℥ij. aq. Cinnam. ℥ß. misce efficacissimum detersivum, & ad renes purgandos optimum.

Inflammatio Renum. Nephritis.

Ad dolorem renum. ℞. Summitat. Ebuli q.s. conquassata bulliant in vino albo, quassentur & bulliant ter, tandem cum butyr. recenti fiat emplast. quod apponat.

Riveril pro D. D. In Carville Nephrit. ℞. Succi beton. argentin. virg. aureæ, saxifrag. pimpinell. parietariæ ana ℔j. suc. Raphani ℔iß. rad. saxifrag. ononid. petrosel. eringii, enul. campan. mundat. & contus. ana ℥iii. sem. milii ☉, petroselini. Macedon. Alkekengi contus. ana ℥i. gran. juniperi ℔ß. Infunde simul per hor. 42. & misce sæpè, adde mell. ℔j. thereb. claræ ℔iß. aceti albi ℥ii. iterum misce, destilla in balneo, exceptus liquor exponatur ☉ in XX obturato.

Pillulæ pro eodem. ℞. Spec. aromat. ros. ℥iß. gumm. ceras. sylvest. in spiritu ⊕-i remoll. ℈ii. laudani perlati ℥i. Carab. albæ ℈i. fiat cum syr. viol. massa pill. Dosis ℈.ß.

Calculus, & ex eo Nephriticus dolor.

Aqua ad lapidem renum frangendum & calculum expellendum. ℞. Rad. bismalvæ vino albo diligenter mundat. ℥vj. rad. asari, petroselini, phu contrit. petroselini, fœnic. ana ℥ii. herb. capill. ♀, saxifragiæ, pimpinellæ, betonicæ ana M iv. sem. basilici, bardani, card. bened. siler. mont. nucl. mespilor. ana ℥ß. sem. lithospermi ℥ii. lap. lyncis. judaici ana ℥j. sang. hirci præparat. ℥iiß. Croci ℥ii. Therebint. Venet. ℔j. pulverisata contunde, & misce cum Therebintina in vini ℔iii. diluta omnia & permista, macerentur per 24. horas, destilla in B. M. bibat æger ℥ij. tribus horis ante cibos, superhausto vini albi optimi momento.

Ad Arenam, lapidem & Nephritim. ℞. Rad. Raphani num. vj. rad. fœnic. totidem, rad. petroselini num. xii. incidantur, tum ℞. persil. de Muraille. Mj. cicer. rub. gr. juniperi ana pj. injiciantur cantharo vini albi opt. coq. colentur, propinetur manè hor. 2. ante pastum, & vesperi tribus post pastum.

Ducis Sabaudiæ. ℞. Vini Malvat. aut vini albi opt. ℔iv. destilla per alembicum, urgendo, donec nihil remaneat, nucl. persicor. ℥iii. infund. instillatitio isto, & distillentur, ut prius, ad consumptionem totius, paucis exceptis fæcibus. Dosis ℥ß. bis vel ter in septimana, 3. horis ante pastum.

Optimum & expertum. Mense majo, quo boves gramina depascunt, ℞. Stercoris ipsorum, distilla lento △. in vase XXeo, aut fictili vitreato: habebis aquam, saporis omnis expertem. Optimum ad delendas quasvis faciei maculas, si utaris manè & sero, serva in vase probè obturato.

℞. Raphan. num. iv. incid. immitte in phialam vino Malvat. opt. repletam, aut alio vino. Relinque ad ☉. aut aërem per diem & noctem. ℞. Vini hujus part. ij. aq. prædictæ part. ij. aq. fragor. partem dimidiam, succi limon. & citrangul. q. s. ita ut omnia simul mixta, vitrum dimidium vel circiter æquent, pro una dosi, injice sacchari vel mell. rosati q. s. & sequent. pulveris ℥j.

℞. Sem. vinl. purpur. Martial. ℔j. sem. bardanæ ℔j. sicca in clibano, pulverisa, adde pulv. leporis strangulati & exiccati, pul. fol. quercus ℥iv. saxifragiæ siccæ ℔ß. gran. lauri ℥v. misce fiat pulvis utendus, ut dictum est. intra 12. dies ad summum sanat. NB. in arenulis minus & rarius dandus.

Ad arenulas pulvis. ℞. Zarzæparill. rad. eringii ana ℥ii. rad. petrosel. asper. soli. ℥i. off. dactylor. myrabolanor. citr. lenellar. ana ℥iß. gr. juniperi sem. baccar. hederæ, milii ☉. off. Mespil. ana ℥j. Carabes, oss. sepiæ ana ℥ii. lap. spongiæ ℈ii. pulveril. omnia subtiliter ut alcool. Dos. ℥i. cum vino albo.

Pulvis ad idem, quo poterit uti post pastum instar digestivi. ℞. Anisi, sem. petroselini ana q.s. sacchari q.s. fiat pulvis.

NB. Liquor & Sal. ℞. Caulium allii, fabarum, rorism. lig. Guajaci, Verbenæ, absinthii, artemisiæ rub. bacc. juniperi cum surculis, heder. in muris versus occidentem collect. ana, redige in cinerem, cujus Mj. in ℔j. ▽. fabar. pone, & colentur novies, donec fiat lixivium, cui lixivio addatur pars tertia spiritus vini, aut Malvatici, detur pro ratione virium cochlear j. vel ij. potest etiam sal fieri, ut artis est, & exhiberi, nisi necessitas urgeat: Datur etiam in colica ut singulare.

Cydoniatum ad calculum & arenulas. ℞. Rad. apii, ononidis ana ℥j. herniar. M iv. bulliant omnia in ▽. s. q. ita ut decocti restet pinta j. in eo coque bedeguaris, fructus oxyacanthæ ana ℔ß. granor. alkekengi ℔j. coq. omnia perfectè, colentur, colaturæ adde sacchar. opt. ℔iß. coq. omnia instar cydoniati vel gelatinæ: Servandum in scatulis. Dosis ℥i. 3bus horis ante pastum.

NB. Rosetus. Ad arenulas & Nephritidem prodest syrupus è succo cæpar. alb. qui, quoniam lentus est, admodum & vix potest extrahi, proderit, ea decocto ipsarum in vino albo & sacharo syrupum parare.

Abscessus renum & ulcus.

Morbi vesicæ in genere.

Remedia vesicæ injecta per algariel efficacissima.

Calculus in vesica. Arcanum J. Q. ℞. Salis petræ ℥ß. cum aq. aut phlegmate ⊕-i, quod propinetur citra omnem læsionem, bis singulis septimanis manè. ℞. Oss. sepiæ q. s. cum vino exhibe.

℞. Calc. aut cinerum putam. ovorum, aut limacũ, cum ▽. argentariæ aut vini albi s. q. detur. it. ℞. Liquorem ex crystall. chymicè præparatum.

Unguent. ℞. Sang. hirci q. s. pul. lap. Judaici, succi limon. ol. scorpion. ana q. s. fiat unguentum, quo vesica ill natur.

Lapidis liquefac. ℞. De scorpionibus ℥i. lapill. cancror. rad. aquilegiæ ana ℥ii. perlar. perspic. ℥i. fiat mixtura cum alcool vini & pinguedine, fiat oleum, in quo linteamina humectabis & lumbis imponas. Tum ℞. ♀. destillati, sem. fœnugr. psyllii ana ℥ß. perlar. præparat. ℥vii. fiat pulvis Dosis à ℥ii. ad iij. Item ℞. Corall. alborum ℥. magnet. ℥ß. hæmatitis ad pondus omnium, fiat pul. Dos. ℈i. in vino.

Unguent. ℞. Ol. urinæ debile factum, infundatur ol. spicæ ad odoris reconcil. fiat unctio calida, superpositis panni a spinæ & lumbis, sæpius reiterando.

Lapid. Judaici præparatio. ℞. Calcem lap. Judaici, solvatur in spiritu vini, digere in calid. cineribus, separa per inclinationem, iterum calcina fæces, iterum digere, donec vel nullum, vel paucum supersit, separa in B. M. & habebis sal ad Calculum optimum.

Liquor. ℞. Raphani & napi q. v. incid. fiat SSS. aspergendo semper sacchari pulv. emanabit liquor, cujus dosis cochl. j.

⊖. Stramin. fabar. item ⊖. ononidis rad. cujus dosis à gr. 4. ad 12. in ▽. conveniente, alii ℥j. exhibent, item sal. cortic. medior. fraxini.

Ulcus & inflammatio vesicæ. Trochisci de Alkekengi sine opio.

Tabul. D. F. P. ad ardorem urinæ, ulcus renum & vesic. ℞. Nucl. Medul. seu ex cort. amygd. d. avell. ana

ana ℥ß. amygd. amar. perſicor. ceraſor. ana ʒij. caſtanearum ʒß. glandium ʒij. Cucurb. ʒß. Melon. ʒiß hordei, orizæ ana ʒij. rad. conſolid. ʒij. ſem. lactucæ, portulacæ, pſylii, lini ana ʒi. cydonior. ʒiß. ſem. Malvæ ʒii. myrti ʒi. Dactylor. ſeu oſſium ʒj. Coriandri, alkekengi, aniſi ana ʒi. petroſel. ʒß. papav. albi ʒß. hyoſciami, gum. ceraſorum & prun. ana ʒii. arabici, tragac. ana ʒii. lachrymæ laricis exiccat. ʒii. luccini ʒi. ſuccor. liquiritiæ, tritici ſive amyli ana ʒii. acaciæ, ſang. dracon. ʒiß. opii ʒi. boli arm. & terr. lemniæ ʒvi. Corallor. rub. ʒiß. ſacchar. candi & penidiati ana ℥i. ſacch. comm. ℥a. parentur ſ. a. Singulis diebus ʒi. cum lacte, aliquando lac diluatur aquis plantag. equiſet. roſat. cum hydromelite. Ea fratris Thomæ ἀύλη χέρω. Poſſunt etiam uſurpari ad hæmopt. & phthyſin.

Urinæ incontinentia, ſuppreſſio, profluvium, ſtillicidium difficultas, mictio.

Urinam ſubitò ejet rad. lupin, ad umbram ſiccata, & pulvis ex ea cum vino albo exhibita.

Urinam provocat, Rapum in cineribus coctum, ejusque ſuccus exhibitus poſt expreſſionem, urina inſenſibiliter fluit. Expertum in calculoſo.

Item ℞. Cancrum fluviatilem no. j. piſtetur, mittatur per ſetaceum, & cum vino albo propinetur.

Ad ſuppreſſionem. ℞. Gran. heder. bermantellæ ana ʒi. cicad. no. ij. torrefiant ſimul, & pulveriſentur: dentur ʒii. ex vino albo, vel decocto cicerum rub.

Ad ἰσχουρίαν. ℞. Succi limon. ℥ii. ſacch. candi ℥v. ▽. parietar. & fœnic. q. ſ. fiat potus.

Ad δυσουρίαν à pituita viſcida, ad calculi generati augmentum perpetuò affluente, ſedatur diſſoluto muco, ſi fit fotus perinæi & pubis, ex ſacc. repleto rapis & raphano, coct. in vino: id docet tam ſubita ſalis per raphanum diſſolutio.

Morbi partium genitalium in genere.

Priapiſmus. ℞. Succ. rutæ & ol. hypericon. ana ℥ii. coq. ſimul ad ſucci conſumpt. adde pyretri, Cubebarum ana ʒii. moſchi ℈i. ambr. griſ. ℈ß. ceræ parum, fiat unguentum perinæo applicandum.

Impotentia Veneris.

Confectio. ℞. Pulpæ caponum decoct. ℥iii. pulp. perdic. pulp. pulli columb. ſylv. ana ℥ii. rad. ſatyrion. ℥iß. rad. enul. ℥vj. piperis ʒi. Cinnam. nuc. moſch. ana ʒiß. ZZ. Galangæ, Cubebar. aſari ana ℈iv. amygd. dulc. pinear. ana ℥iiß. piſtach. ℥ii. paſſular. ℥v. omnia decoque ſimul, & cum ſacchar. ſ. q. fiat confectio ſ. artem ſolida, vel mollis, cujus doſis ad quantit. nucis.

Electuar. ℞. Caſtanear. in vino Malvat. macerat. & coctar. no. xx. ſatyrion. teſticul. no. x. ſcincor. lumbos no. ij. nucleorum pini. piſtach. ana ℥iv. Cubebar. ℥i. Cinnam. ʒß. ſacchari ℔i. fiat electuarium. Ad voluptatem in coitu; ſaliva in ore detenda, cujus virtus Cubebæ ſit, & hora coitus virgæ illita.

Item unguentum ex moſcho, ambra & Zibetto glandi, præcipuè illitum.

Item Venerem excitat adeps aſininus peni illitus.

Galanga ſumpta, paſtinaca, ſyr. de mentha ſæpè ſumpta. Prohibet contra Venerem, ſuccus Verbenæ: Caphura per nares &c.

Electuar. ℞. Lactis vaccini v. g. ℔i. ſacch. albi ℔ß. coq. ſimul pultis inſtar, adde pulv. ſem. urticæ, pulv. rad. eringii ana ℥i. ZZ. ʒi. vitell. ovor. no. vj. coquatur iterum inſtar electuarii, adde aliquid moſchi. Voluptatem conciliat ung. ex Zibetto cum pauco ſelle gallinæ vel columbæ glandi illitum.

Unguent. ℞. Formicar. citrinar. cum ovis, ſi reperiantur ℈j. bulliant in vaſe vitreo cum ℥vi. olei, in colatura diſſolve pulv. aliquem appropriatum, cum cera fiat unguentum, unge penem.

Volupt. Diſſolvatur ſtercus perdicis in ejusdem felle, vel inſpergatur, illinaturque glandi.

Gonorrhæa.

Pulvis. ℞. Menthæ, mumiæ, Corall. rub. agn. caſti, Carabes ana ʒj. miſce & fiat pulvis, de quo manè capiat æger cum ovo recenti.

Experim. ℞. Rad. petroſelini ſicc. pulveriſatæ ʒß. Thereb. Venet. ℥ß. diſſolve, ut artis eſt, detur cum vino albo, poſt uſum Caſſiæ & univerſalia das; per triduum καρδιαλγμὸν excitat, ideò monendus æger. Poſt horum uſum ℞. Oſſ. ſepiæ ℈j. conſer. roſ. ʒii. ſumat bis vel ter.

Item. ℞. Rad. petroſelini ℥iii. coq. in pint. ij. vini albi opt. ad 3as. detur per quatriduum, poſt per octiduum ſumat quotidie in ovo ſorbili viii grana Maſtichæ.

Gonorrhæa virulenta. Opiata. ℞. Rad. nymphæa, coct. ſub prun. ℥iii. ſem. agn. caſti, rut. lactuc. ana ʒiii. gum. tragac. arab. luc. liquirit. ana ʒii. hypociſtidis, acaciæ ana ʒi. bol. arm. lap. hæmat. ana ʒß Maſtichea, Thuris ana ʒß. Cinnam. ſpic. nardi ana ʒß. ſyr. de ſ. roſar. ana q. l. M. F.

Riverius. ℞. Therebint. ʒv. pul. rhei ℈ii. pul. bacc. hederæ ℈i. fiat bolus.

Decoctio ejusdem. ℞. Rad. luter: bardan. ℥i. rad. tormentill ʒß. bacc. hederæ ſicc. contuſ. ℥ii. fiat decoctio in ſ. q. aq. colaturæ ℞. ʒxv. quas trajice per manicam, addendo Cinnamomi ʒi. ſacch. viol. ℥iii. miſce fiat julep. pro iv. diebus, capiat bis in die, ter reiteretur. ℞. Butyr. rec. ℥ß. ol. amygd. rec. ʒß miſce cum aq. roſar. fiat litus.

Ulcus καρκίνωμα, & ex eo tuberbuculum.

A chirurgo Turonenſi. ℞. Ung. pompholig. & albi ana ℥iß. antimonii ʒiß. tut. præparat. ʒii. Camphor. ʒiß. trochiſc. alb. Rhazis & Ceruſſ. ana ʒi. fiat unguentum in mortario plumbeo. NB. Parentur exiguæ candelæ & cera virginea, octoque aut ſex linteis filis, quæ tenuiſſimis obvolutæ faſciis ex lineo panno, ne fractæ relinquant ceram, & ut commodius recipiant unguentum, oblitæ in virgam immittantur bis in die. Cautio. Quoniam v. unguentum acre admodum, contemperandum eſt cum æquali portione albi Rhaſis. NB. Præter hæc, opus eſt lotionibus ac injectionibus, partim ad abſtergendam ſaniem, partim ad ulcus conſolidandum. Candelarum uſus nullo modo intermittendus, donec ad os veſicæ perventum ſit.

Aliud unguentum. ℞. Ceruſſæ ℥ß. Camphoræ & tutiæ ana ʒi. lythargirii ʒiß. antimon. ʒß. ſief albi Rhaz. ℈ii. Maſtiches, olibani, aloes ana ℈i. pulveriſentur omnia ſubtiliſſimè, & per ſetaceum mittantur, fiat unguentum cum oleo roſarum.

Unguentum album. ℞. Unguent. Ceruſſæ camphorati, pomatæ ſine ſpeciebus, ung. refriger. Galeni ana p. æq. fiat unguentum.

Uſus. Candelæ parentur ut ſupra, quarum apex & extremitas priori unguento cineritio, reliqua pars poſteriori albo inungatur. Immitte, donec ſenſeris abſumptam carnoſitatem, tum tempe illam extremitatem candelæ, quæ ulcus attingit, unge unguento albo, quo vulnus ſolidetur & ſiccetur.

Pulvis. ℞. Pulv. præcipitat. ℥ii. antimonii ℥iii. tut. uſtæ ʒi. miſce fiat pulvis ut alcool: oleo amygd. amar. illinatur candela cerea, ut ſupra, inſpergatur extremitati pulvis, immittatur, & cum volet mejere æger, deme, & poſt injectionem novam inde; Poſt quatriduum lanabitur, fiat injectio ſequens.

℞. Seri lactis capr. ℥vi. aq. plantag. & roſar. ana ℥iii. ceruſſæ ʒvi. marmor. candidiſſimi, ſpodii,

crystall. alum. rochæ ana ʒß. Camphor. ℈ß. pulverisentur omnia, & misce cum sero lactis, demum sypbone in virgam injiciantur.

Unguentum. ℞. Succ. rutæ, salviæ, apii ana q. v. sicca ad ☉, donec acquirant consistentiam unguenti: tunc ℞. emplastr. diapalm. & de lytharg. q. s. liquefac, & cum prædictis succis misce, addita præcipitati, antimonii, ♀. crudi ana ʒj. tut. præpar. ʒj. unge candelæ extremitatem. ut supra.

Pro dolore membri virilis, & foramin. in eo.

℞. Aloës epat. ℥ß. ♀. In albedinem calcinati ℥iij. fiat alcool, agarici ʒj. misce primùm utere aq. alum. vel vino bono ℥iij. in foramina immisso. & loco benè purgato, post aspergatur pulvis, foraminibus prius gossypio exiccatis: demum unguento albo cum Camphora illinatur.

Ad carnositatem, novum. ℞. ☿rii opt. ℥iij. 4. aut 5. chartis obvolvantur, & sub cineribus ponantur, donec rubescant, mox laventur in aq. ros. rubescat rursus, & lavetur ad 4. vel 5. vices.

Usus. ℞. Ol. Mastichis, ceræ & pomatæ ana parum, adde sublimati prædicti parum, immittantur Algari perforatum in virgam, unà cum unguento intus contento. Ubi attingetur carnositas, propellatur cathatere, ita ut apponatur malo, quiescat per noctem, nec, si fieri possit, mejat, fiat id quinquies aut quater.

Oleum mastichin. ℞. Ol. oliv. parum, calefiat in scutella, calido injice mastichem, & utere.



Ratio apponendi medicamentum. Explorata carnositate, paretur linea turunda supra catheterem, quæ subtilissimè consuta, illinatur supra eundem, & immissâ illâ usque ad locum affectum, eximatur catheter, & propendens filum relinquatur, vel per canulam & catheterem pulvis aliquis exæresicns propellatur.

NB. Minium valet & cinis brassic.

℞. Sabinæ ʒij. ochræ, antimonii, tutiæ ana ʒß. fiat pulvis ut alcool.

Ad ulcera penis & hypersarcosin, quæ à lue ♀. ut plurimum fiunt. ℞. Pulv. æris usti & sabin. sicc. q. s. misce, potest & tuberculo prodesse.

Inflammatio testium: Ad tumorem test. à Gonorrhæa. ℞. Fol. ebuli & rutæ, bulliant in aceto, fiat cataplasma, statim sanat.

Durities testium, σκίῤῥος, à malè curata inflammatione, incurabil:

Hernia seu ramex est vel { Bubono- / Entero- / Epiplo- / Hydro- / Sarco- } cele.

Ad Herniam. ℞. Mumiæ opt. pulverisatæ ut alcool ℥ß. fel bubuli, no. 1. in cystide, cui inde prædictam mumiam, agitando bacillo, suspende in camino ad furnum, quotidiè reiterata agitatione, donec acquirat unguenti consistentiam, quod linteo impositum, applicetur rupturæ, hoc pacto intra 15. dies sanandæ.

Unguentum ℞. Ichtiocollæ ℥j. terr. sigil. ℥ß. sang. dracon. & mumiæ ana ℥ß. Rhabarb. ʒij. Carpobals. ʒij. Xyloaloës ʒß. pulverisata omnia infund. per triduum in ✳ acido, coq. deinde ad consistent. unguenti, super alutam partibus dolentibus applicandi, & relinquendi per 17. dies, non removendum, ut videbis; Jam sanatæ partes magis magisque corroborentur.

Ceratum ad rupturam. ℞. Pic. naval. ℥iij. litargyrii aur. ℥ij. ceræ albæ pur. colophon. ana ℥iij. Ammoniaci ℥ij. galbani, Mastiches ana ℥ij. visci querni ℥vj. aloës ℥iij. bol. arm. gypsi, myrrhæ, thuris ana ℥vj. aristoloch. long. & rot. ana ℥iij. Thereb. Vermium terrest. Consol. utriusque ana ℥ij. sang. human. ℔j. tere, dissolve in ✳, accipe pellem castrati, & cum lana tamdiu coque, donec dissolvatur & liquefiat, cola & exprime, & cum prædictis pulveribus pone ad △. fiat emplastr. extendendum super alutam, & remissis intestinis, ad repositum applicetur, cum subligaculo, intra. 21. dies sanabitur infirmus, si diætam adhibuerit idoneam, ut scis. NB. Prodest etiam vulneribus, quæ consolidat intra tres horas.

Ad Herniam, Emplastrum.

Minera salis nitri ut copiosum producatur ⊖. petra.

℞. ⊖. petræ opt. ℥iiij., salis vitri & Sal. Tart. ana ℥ij. trita mixtaque ad ignem cementationis calcinentur, habebitur ⊖. album, cui addatur æquale nitri pondus, dissolventurque omnia in urinis & putrefiant in fimo per 15. dies, hoc liquore irrorentur subterranei muri, ut cellarum, iique vetusti, semel vel bis aut ter in anno, producet copiosum & optimum nitrum, non sine lucro.

Oleum ♄.

℞. ♄. vitrificati quantum vis pulverisato adde pondus æquale sacch. finis. irrorenturque pulveres optimo spiritu vini sæpius rectificato, incendatur saccharum abibit in oleum, quod imbibetur ab ♄. digerantur per aliquot dies in fimo vel B. mox lento igne (per retortam puto) extrahatur aqua sive oleum album, sacchari videlicet, ubi verò destillatio colorem mutare incipiet, mutetur recip. & vali... o △. extrahatur oleum ♄. rubeum. Primus liquor purgat ... que vomitu, (vix) ad febres intermitt.

Alia recepta sic habet. Paretur vitrum rub... pulverisf. cum pari pondere sacch. finiss. ... cum aqua vitæ, de qua addatur, cum fi... ter duobus digit. incendatur, quod liquatum ... in aliud vas, effundatur, reaffuso novo spiritu ... & incenso, donec totum saccharum ... it eo...

♁. in retorta, post putrefactionem 15. dierum, cum oleo sacchari prædicto destilletur igne cinerum, ut supra dictum est, primus liquor datur ad cochl. 1. in jusculo, a. ad fistulas, cancros & vulnera sordida prodest.

Oleum ☿. per retortam.

℞. ☿. quantum vis ponatur in vase vitreato, operculo in medio perforato, optimè lutatis, ita ut nihil exspiret, tegatur prunis, ut tota humiditas exhalet per foramen, quod tunc obturandum, & ignis vehementissimus dandus, donec totum vas candeat per 12. hor. tunc ☿. rubrum erit instar cinnabaris, quod pulveretur, & in fictili vase cum aqua bulliat ad consumptionem mediæ partis, dempto ab igne vase F. residentia, effundaturque aqua per inclinationem, ita ut de ☿. nihil fugiat. Reiteretur ebullitio & effusio toties, donec aqua salsuginis expers maneat. Hoc enim sal impedit, quo minus ☿. destillare possit, his peractis, duos vel 3. ℔. ☿. ita præparati (quò minor quantitas eò melior) ponantur in retorta fictili optim. lutata, cum suo recipiente in furno cinerum dato igne per gradus, intra 6. horas habebitur oleum, rubrum instar sanguinis, & ponderosum instar ☿rii. quidam. Geberi opinionem sequuti, existimant, id fieri non posse, quippe ☿. calcinatum non rubescat, nisi addito socio, ☿o videlicet. quo modo fit cinnabaris in vase vitreo per lutato, ne, si fictile esset vas, ab, incenso ☿. penetraretur.

Quidam putant addendum esse ♀um, aut calcem vivam, quia ita cohibetur, ☿ur. Equidem, inquit author, existimo per diem naturalem subjiciendum lentum ignem, ut siccetur ☿. ejusque humiditas evanescat, mox injiciendum aliquid olei tartari, subjecto validissimo △.

Alibi ita scriptum reperio. Fixetur ☿. cum ol. ♀. vel cum calce viva & ♀o, vel culchotare, postquam super cineres calidos ejus humiditas exhalarit, quo exacto, addendum oleum ♀i, calx viva prædicta, postea in reverberio diu sinendum, ut fixetur & erubescat.

Præcipitatio ☿ii extemporanea.

℞. ☿. & ✱. ana ℥vi, incorporata ♎entur bis, tria sublimatione cum fæcibus tertiam vice, addatur æquale pondus ☿rii ad id, quod sublimatum fuerit, mixta sublimentur. ☿ua in fundo remanebit præcipitatus, qui si matratio recoquatur, pauco tempore rubescet.

Aqua pulverulenta.

℞. ☿o & ♁o, quorum alterum metallum est, alterum semiminerale, extrahitur ol. seu aq. citrina magno labore, quæ projecta in aquam limpidam, tantum ab est, ut instar cæterarum aquarum misceatur, cum communi, quin imò cum exiguò fremitu convertitur in pulverem niveum & impalpabilem. Hoc quidam utuntur ad metallorum transmutationem, nos ad medicinam.

Dissolutio facilis & cita perlarum & corallorum.

Paretur ✕tum hoc modo ℞. cinerem Kali, (potius sal est gallice honde) ℔j. pulverisentur, affundenturque pintæ 4. aceti optim. sensim in per-

amplo vase, quippe ubi cinis perfunditur aceto, cum magno strepitu spumam edit, ita ut si totum ✕tum simul & semel affunderetur, omnia perderentur. Digerantur per biduum, mox destillentur cohobando ad 3. vices. Acetum istud dulce est, & parum mordax, nec tamen magnis viribus caret. Atque illicò dissolvit perlas & corallia.

Spiritus ⊕-li.

Dissolvatur ⊕-. sæpius in aqua, filtretur, & coaguletur toties, donec nullæ fæces restent, exhalet aqua ad siccitatem, pulverif. materia, & in fictili boccia recta, cum capitello vitreo, probè lutata, cum frustulis ferreis ponatur, & pro ℔j. vitrioli, addantur aq. vitæ rectif. ℔iij. pellantur △. per gradus, in furno reverberij, post in athanor ad summum usque, cumque recipiens erit clarum, dematur, atque hæc aq. vitæ, quæ extillarit, affundatur novo ⊕-. præparato ut supra. Reiterata operatione ad novem vices, tandem destillatio per retortam pellatur, donec nullæ fæces restent, servetur ne exhalet.

Spiritus ⊕-i dulcis & aromaticus.

℞. ⊕-i. optim. ℔ij. pulverif. & in cucurbita vitrea destilletur in cineribus, ita ut nulli spiritus ascendant, sed solùm phlegma. ⊕-. albo aqua per cohobationem affundatur, destilleturque septica, septima vice pellendo paulo validiùs, aqua ita suavem acquirit aliquantulum odoram, quæ etiamsi phlegma videatur, & à multis rejiciatur, attamen, si in tali vase



digeratur per 4. aut 5. menses, ad calorem continuum, instar vini maturescit, vel odorem acquirit, quo aromatizari possunt res omnea in odore. Arcanum ad capitis dolores, Epilepsiam, si cochlear dimidium manè & serò sumantur: utilis ad abluenda vulnera quævis.

Vasa Faijentiana alba, ut Venetiis prostant.

℞. ⊖. alkali & ♀i. usti ana ʒß, arenæ stempanæ ℥iß. misce, & in fornace reducantur in massam servandam ad usus. ℞. plumbi finiss. ℔iij. stanni glaciei vel Anglici ℔i. calcinentur in furno reverberij, operatio ita complebitur. ℞. stanni & plumbi calcinatorum partem 1. massæ prædictæ part. ii. terantur in porphyrite, cum aqua, quæ cum spongia colligatur, exprimenda in pelvim, usus tempore agitentur optimè, & obducatur vas.

Suppositorium ex alumine illicò alvum subducit, alumen in ore madefiat, & reducatur ad formam candelæ: Salis ammoniaci portio instar glandis, contingatur & supponatur expertus quidam chirurgus propè Schaffhusum miraculo persanavit quendam miserere mei laborantem, quem omnes medici jam reliquerant cum prognostico.

Sal Saturni.

Sumptum cum ▽. plantag. ad 3. gr. fluxiones cohibet, ardores febriles sedat, veneuis medetur, rubores tollit.

Oleum ♃i.

Catharros sedat, & hemicranias, cardialgiam estque verus Philosophorum sapo: Exhibetur ex vino albo aut aqua coovenienti: maculas faciei tollit Dosis gutt. 5. vel 6.

Tinctura sacchari.

℞. sacchari pulverisati ℔j. affunde aceti destillati cochl. t linquatur in calore lento per 2. aut 3. horas, affunde spiritum vini opt. rectificatum, clauso vase in B.M. intra 24. hor. spiritus tinctus erit colore rubro. Defundatur, & toties reaffundatur, donec nulla sit tinctura in sacchero.

Mercurius vitae ex Paracelso.

℞. reguli ♁. ℥iiij. ♎ati opt. ℥viij. terantur in marmore ut alcool, inter terendum elevabitur fumus periculosissimus, à quo cavendum, quippe est ♀. reguli: Hoc pulvere planè repleatur retorta, & statuatur in arena, dato igne sub & subter, ad collum usque: adhærebunt enim glaciales laminæ collo, quæ in recipiens vas nequaquam penetrare poterunt, nisi detur undiquaque ignis: at iis dissolutis ope huius gradus ignis, in recipienti apparebunt, ☿ius vivificatus & currens qui seorsim servandus. Item spiritus ⊖i. junctus cum spiritibus ☿rij & reguli, in retorta verò erit cinnabaris quædam rubea instar communis, dummodò penitus repleta fuerit cornuta: Combustilis etiam est cinnabaris hæc quod noctu cernitur, non interdiu, quippe nullum dat fumum aut nidorem.

Spiritus hic ⊖i. statuatur in retorta, & toties destilletur, donec totus in aquam, abeat. Si hujus aquæ aliquantulum vitro indatur, repleaturque aqua communi, illicò convertetur in pulverem albissimum quod est præcipitatum excellentissimum, nec in pristinum corpus reduci potest. Hoc tutiùs quàm vulgari præcipitato uti possumus, sive ad interna, sive ad externa: Id fiet separata aqua communi, & desiccato ☿io ad ignem lentum. Usus esse potest ad καθάρσεις ἄνω & κάτω & ad sudores movendos. Ad purgationem supernam & infernam: repurgetur cum spiritu vini ter aut quater, dein abluatur aquis bugloss. scabiosæ & aliis cordialibus, ut tollatur acrimonia. Hujus aquæ potest sumi ℈i, cum aquis convenientibus, ad pestem, febrem tertianam, quartanam & alias, pleuresin &c. Ut sit diaphoreticum, ponatur in ✢o tecto, & frixetur eodem modo, quo Antimonium. Dosis est grana 6. vel viij. cum Theriaca vel aqua Theriacali, ad pestem, febres, Hydropem, luem ♀eam &c.

Iste est verus ⊖i spiritus, ex sublimato extractus, Mercurius quippe cum ⊖. sublimatus fuit, cum quo junctus, multò majoribus viribus pollet, quam spiritus ⊖. communis.

Fixatio salis nitri.

℞. ⊖. nitri quantum vis ponatur in alembico, & in arena sepeliatur, subdito igne vehementissimo quasi ad sublimandum per 17. horas, ita fixabitur: Fixationis vero signum erit, quando vitrum mille coloribus variegatum apparebit instar opalæ, spiritusque vitrum penetrabunt. Dos. est ad ʒß. usque, in febribus & obstructionibus.

Antimonij præparatio.

℞. ♁. Crudi & sacch. candi pulverisatorum ana ℔i. liquefiat in crucibulo antimonium, & liquato injiciatur saccharum, quod etiam liquabitur, fiatque massa. Refrigerentur omnia & frangatur vas, pulveris. materia, quæ in matratio oblongo collo, affusa aqua bugloss. donec supernatet 4. digit. aut 5. digeratur in B. aut cineribus calidis, & intra 15. dies aqua rubescet instar vini. Defundatur, reaffundatur quamdiu colorabitur: quo diutius digeratur eò meliùs. F. exhalatio junctarum aquar. in B. M. donec reducatur, ad consistentiam syr. Dos. ʒß. vel ʒi. cum ℥i. aquæ suæ, excellens purgans ad pleuriticos, aliquando potest esse dosis usque ad cochl. dimidium, pro operatione & viribus, valet ad pestem.

Alia præparatio ♁.

℞. Flor. ♁. ℥viij. ponatur in duliolo cum 6. pintis musti, vindemiarum tempore, bulliat in ⊙. aut hypocausto, aut super clibano: ita ut calor sit continuus per 30. aut 40. dies: ne planè repleatur vas, sed relinquatur bulliendi spatium, vinum sit optimum album, flores ponantur in nodulo, si lubet, transvasari poterit materia, & per chartam filtrari, purgat per vomitum & secessum blandè. Conducit ad febres, pleuritidem, & sudores item movet. Dosis pro ætate & viribus.

Antimonium diaphoreticum.

℞. Flor. ♁. quantum vis ponatur in crucibulis invicem superlutatis, sepeliatur in arena, dato igne per gradus, sub & super per 20. dies, parvo per 4. dies, auctiori per 4. ad huc violentiori per 4. summo per 8. ita fixabuntur flores, quorum dosis ℈ß. vel ℈j, cum theriaca, ad febres, quartanam, pestem &c.

Copiosus Regulus.

℞. ♁. & ♀. ana in olla, quæ ad ignem durat, simul in furno venti statuantur, donec in pastam quasi ducta sint, cui injiciatur, Mß. ⊖. nitri opt. agitando spatula, injiciatur rursum ⊖. nitrum, toties, donec pro ℔j. Antimonij, sint ℥vj nitri: relinquatur, ne liquescat materia, mox dematur ab igne, & per se refrigeretur: Post 12. hor. frangatur vas, & in fundo erunt reguli, pro ℔j. ℥viij. vel x.

Aqua vitæ corallorum, eosdem & perlas dissolvens.

℞. Corallium pulverisatum, cui affundatur aq. guaiaci vel aq. ligni juniperi viridis, quæ extracta fuerit in arena per retortam, prima aqua, quæ emanat, est phlegma, secunda acida, ubi stillet mutandum recipiens, & pellendum ad finem usque. Hæc aqua est summum dissolvens perlarum & corallorum, si digeratur in fimo calido aut B. vaporoso: Si phlegma mixtum est, cum aqua, separetur evaporatione lenta. Guaiacum

iacum minus aquæ dat, quippe cum, sed non est inferior in aciditate, juniperus viridis plus dat, ejusque acidissimæ.

Calcinatio ☽æ absque ▽F.

Oleum ⊖. gemmæ illicò calcinat & resolvit, quod ita paratur: ℞ ⊖. gemmæ & tripoli ana: extrahatur oleum in retorta.

Item calcinatio ☽. ℞ aquæ sordid. fimi, quæ plena sit excrementis & urina animalium, filtretur per chartam. ponatur in retorta; primò manabit phlegma, quod autem remanebit in retorta, sive pellatur, sive ita usurpetur, lunam dissolvit, ratione sui salis: Estque instar aquæ fortis. Quod si ubi dissoluta fuerit ☽, sæpius cohobando aqua hæc pellatur per retortam, tandem ☽. F. instar cornu lucida, quæ illicò fixat Mercurium.

Dissolutio ☉is.

℞ ⊖. gemmæ ℥iiij in matratio pulverisatum imbuatur opt. aceto destillato, imbuatur toties, donec nihil amplius bibere possit, & acetum ultimum pari acrimonia extrahatur, qua immissum fuerit, præcedens quippe acetum quasi insipidum extrahitur, utpote quorum virtus attrahitur à sale gemmæ: pro ℥i sal. gemmæ ita præparata, addatur ℔i. salis marini communis non aliter præparati, ponatur in retorta cum tertia parte tripoli. Retorta verò fit ex opt. terra Bellonacensi, quippe si ex vitro, liquesceret & calcinaretur, ratione salis; urgeatur validissimo igne per 4. dies. Recipiens verò vitreum aquam contineat, ad excipiendum, quod stillabit, aliàs frangeretur. Quod verò in recipienti erit, separetur ab aqua per evaporationem, io fundo remanebit oleum salis instar herbæ viride, quod solem dissolvit limatum, si ei affundatur, ut supernatet.

Nota, ad conservationem istius in vitro, quo continebitur, miscendum esse aquam communem, tandem enim calcinaretur & frangeretur vitrum, ratione summæ penetrationis: Usus tempore evaporatione in cineribus & B. separandum erit.

Calcinatio prompta ♃.

Fit ex misto eorum æquali portione ⊖ is nitri eodem processu, quo regulus Antimonii in crucibulo.

Dissolutum optimum.

Calcinetur tartarum ad albedinem, eique in matratio affundatur ▽. vitæ opt. donec supernatet 4. vel 5. digit. Digeratur in B. M. bulliente, segnius clauso vase, charta tantum, Tartarum dissolvetur, & supernatabit aqua vitæ odorifera, & instar hyacinthi, è rubore splendens.

Essentia facchari.

℞ Sacch. finiss. pulverisati ℔ iij in vitro affundatur vinum, donec supernatet 3. digit. destilletur per B. ter. tandem in cineribus, donec saccharum rubescat: Nota in destillationibus extrahe eodam tantum mediam liquoris partem, ne aduratur saccharum, quod oleo adhuc prægnat, quo sæpius repetetur destillatio, eò rubicundius saccharum evadet, quod fiet intra 18. dies, si diligens sit operator. Ubi rubicundissimum apparebit, statuatur in B. M. per 6. dies naturales, donec opt. sit coagulatum, extracto videlicet liquore, destilletur aqua pluvialis, & affundatur saccharo pulverisato, relinquaturque in Bo, donec fæces separentur, filtretur, digeratur in B. per triduum, fæces reaffusâ novâ aquâ toties repetendo, donec dissolvantur, coagulentur aquæ juncta, donec tela quasi supernatans appareat, ponatur in cella, fient crystam rubri instar rubini. Hæc est essentia facchari, quæ frigidis exhibetur ex vino aut aqua convenienti.

Salis nitri depuratio.

℞. ejusdem ℔ij, dissolvantur in ▽. calida, & ubi bullire incipiet, addantur aluminis rochæ pulverisata ℥ij, F. despumatio. Effundatur in vas terreum vitreatum, in ejus fundo sint bacilli, quibus congelatum adhærebit nitrum: Ubi alumen bullit, projiciantur 4 aut 5. cochlearia aceti, quibus illicò nitrum deturbabitur, in aqua, quæ restat, est aliquid nitri, quod præparandum coctione & exhalatione.

Sulphuris depinguatio.

℞. lixivium ex calce & cineribus clavellat, cui optimè colorato & tincto injiciatur ♀ crassiusculè tritum, donec dissolvatur, ubi subsidere incipiet, addatur paulum aceti, sulphur residens exiccetur, loco carbonis possunt addi alia, quæ ignem facilè concipiant, atque ita pulvis omnicolor parati.

Tabulæ ex floribus ♂.

℞. flor. ♂ ℥i, facch. candi pulverisati ℥iij, irrorentur aq. Cinnamomi fiantque tabell. quarum Dosis ʒß. NB. flores ♂ ita possunt parari, ut affusa aqua cinnamomi bis vel sæpius incendatur, aduraturque ad siccitatem usque.

☉. potabile.

℞. aq. vitæ toties rectific. donec linteum adurat, eam ter aut quatuor cum optimo sale ♀. rectifica, & serva. ℞. ☿. & ☉. quantum vis, fiat amalgama in ✝o, ☿us avolet, & remanebit tanquam calcinat. in fundo, pulveretur subtiliter, imponatur vasi vitreo. affusa aq. vit. rectific. ut supra q. s. obturetur vas sigillo Hermet. circuletur in cineribus, quousque aqua induerit flavum colorem, quæ inclinatione effusa servetur: Reaffusa toties nova, donec pulvis ita in tincturam abeat. Tunc aq. evaporet, remanebit in fundo pulvis rubicundus, qui statim quovis liquore dissolvetur.

Oleum ⊕ i.

℞. ⊕ benè calcinati q. s. coq. in ⚹ destillato, post acetum effundatur, reitereturque nova ✝ti affusio, per 4. vices, iterum siccatum destilletur alembico, calore vehementissimo per 3. dies, prodibit oleum ad caducum, ulcera, Canceros utile.

☿ius vitæ Scoti.

℞. reguli ♂ & ☿ ♎ ana, pulverisata ponantur io alembico, (puto retorta) sublimetur per gradus, intra vi. horas ad summum, manabit

bit liquor, primò niger, qui separandus, mox albus, quo prodeunte mutandum recipiens: Lavetur albus, donec residеat instar pulveris, qui crebra lotione & per inclinationem separatione dulcoretur, tandem ad ☉. exiccetur.

Præparatione egregia ☿rii.

℞. ☿ ß, ⊕. Rom. vel Ungar. ℔ ß. ⊖. com. pulverisati vel dissoluti, filtrati & coagulati ℥iiij, pulverisentur exactè materiæ in marmore: Deinde in mortario sensim addito ☿o, prius exactè ab excrementis plumbeis repurgato, ut dicetur: triturentur omnia diu, sensim addendo aq. fort. communis ℥ij. quæ ex æquis partibus ⊕ & ⊖. petræ constet absque alumine, ubi verò ☿ua non amplius cernetur, pasta hæc ponatur in patella fictili, ut scutella Bellovacensi non vitreata, supeтlutata alia, quæ in summo foramen habeat. Tunc debitæ capacitatis fornace constructa vasa apprimè invicem allutata, subdatur ignis per gradus, donec omnis humiditas exhalarit.

Nota autem in eo situm esse totum arcanum, ut inter sublimandum foramen sive spiraculum superius apertum relinquatur, ut hoc pacto venenatus vapor omnis exhalet. Refrigescant, reperietur pulvis albus, qui separatus diligentissimè in marmore teratur, mox ponatur in matratio perlutato, sepeliatur in arena, deturque ignis, donec omnes spiritua ascendisse videantur. Ne verò obturetur matratium, refrigeratum vas frangatur, materiæ reperientur ab aliquibus fæcibus separatæ, quæ abjiciendæ. Teratur denuò, quod separatum fuerit, (in marmore) & sublimetur in matratio, ut suprà, relicto semper collo aperto: Frangatur vas materiæ collo adhærebunt subcitrinæ, pulvis hic gustu caret, separetur quod adhæserit, residuum vero tritum denuò & sublimatum, toties præparetur, donec totum facessat in citrinam tupem. Dosis potest esse ad ʒj. (dequo tamen dubito) vide.

Talis vero est ☿ri. præparatio.

☿us diu teratur cum ⊖le & ✳, abluatur aqua calida, mittatur per alutam duodecies, melius tamen mihi videtur, si per retortam transmissum à plumbagine penitus mundetur.

Nota exhibendum tantum medicamentum tertio quoque die, quia sæpius ad tertium usque diem producitur operatio, quæ diversa est, per sudor. &c. pro naturæ dispositione.

Pillula ☿ales Bareti.

℞. ☿rij purificati ℥j. cons. ros. ℥j. aloes & diagrydij ana ʒii. Cinnamomi & nuc. mosch. ana ʒj F. massa, usus sit in fine ad reliquias tollendas hujus suffimigij. ℞. Cinnab. ʒij. styrac. beniovin, Maltichis, olibani ana ʒß.

Pillula ab fluxum à cerebro & obstruct. River.

℞ G. ammoniaci in ✳ scill. sol. ʒij. benjoin ℈ij, aloes ʒiij, Rhei ʒß, mastich. myrrhæ, charabes ana ℈ij, cum syr. stœchad. F. massa.

Vehementiores. ℞. hujus massæ ʒiij, diagridij gr. 6, extr. colocynth. gr. xij, cum syrupo & guttis aliquot spiritus ⊕-li, F. massa.

Ad album conficiendum.

℞. arsen. pulverisati ℔j. cinerum clavell. … ammoniaci ℥ß. pistentur omnia separatim, pulverisata reducantur in pastam, & in trocbiscorum forma siccentur, deinde funde cuprum in ✚o, & cum fulua erit, injice per intervalla in crucibulum, quousque dealbetur. Tum cuprum hoc dealbatum in aquam injicito.

☿. egregia præparatio ad album.

℞ ☿rij ℔j, ▽ ℔ß, dissolvatur, quod dissolvi & in aquam abire poterit: Tunc effundatur aqua limpidissima, ita ut ne minima quidem ☿. portio in ea residua sit, (aliâs enim nigresceret) projiciantur in dictam aquam ☿io prægnantem, ⊖is albi part. ij. vel iij., subsidebit illicò, & vasis parietibus adhærebit ☿us niveus, stet per diem, effundatur per inclinationem, servanda ad ulcera. Abluatur multis aquis semper residendo, ad dulcorationem perfectam. Idem usus est, qui & ♎xi, at cum minori periculo. Quidni & ad morboa.

Rubini ♁ ejusque tinctura.

℞ ♁. vivi ℥iiij, ol. thereb. ℥viij, digerantur in cucurbita per diem, mox destillentur, donec emanarit Therebintina. Tincturæ residuæ affunde aq. vitæ q. s. digeratur per diem, aqua tingetur rubro colore, quæ inclinatione separabitur, nova reaffusa, donec nulla amplius tinctura extrahatur. Aquæ tinctæ filtrentur, cucurbita in cella relinquatur, & tinctura petet fundum rubicundissima, remanente spiritu vini limpido, vel si lubet, evaporetur. Dosis à ʒ, ad 6. grana, ex vino & alio liquore. Extrinsecus applicari potest, cum ol. hyperic. ad omnes inflammationes, instar Balsami.

Catharticum egregium.

℞ colocynth. ʒvj. agarici, elleb. nigri ana ℥ß, aloes elect. diarrhod. Abb. ana ℥j. extrahatur tinctura diarrhod. seorsim, cæterorum simul digestione 8. dierum, F. evaporatio, cui affundetur tinctura diarrhod. digeratur, & evaporet ad formam pillularum: Pro quavis ℥. adde caryophill. nuc. mosch. anisi fœnicul. ʒj. mallem aliquot guttas oleorum.

Aqua diversæ.

Aqua nucum viridium mirabilis perhibetur ad internos morbos & externos, exhibita manè jejuno stomacho.

Aqua Cinnamomi.

℞ Cinnamomi ℔ß, teratur crassiusculè, & in alembico destillatorio cum vino albo calido, ita ut multum supernatet, vase opt. obturato digeratur per 5. dies, mox destilletur in cineribus per gradus, (melius esset in refrigeratorio) ad … br quartanam facit, &c. Item ad partum juvandum, per se, vel ℈i. ambræ flavæ seu succini, … vel ter ex cochleari. Quidam addunt aq. rosar. tertiam aut quartam partem. Alii aq. rosar. & pluvialis ana absque vino. Eodem modo si aq. ani … & oleum cum aqua pluviali.

Aqua

Aqua roborans.

℞. Aq. vitæ sæpius destillatæ in B.M. q.s. summitat. anthos. ℥vj. Cinnamomi ℥j. nuc. mosch. caryoph. gr. juniperi, cort. citri, flor. salviæ ana ℥j. omnia per triduum infundantur, destillentur in B. aquæ addatur aurum. Sumatur semel in septimana ℥j.

Aqua ad ulcera & Cancros.

℞. Aquæ limpidæ cum calcis vivæ ℔ißj. quarta vice (semper de novo calc. ℔iß. sumendo) infusæ ℔x. adde alum. scissilis ℥iß. ⊖. ammoniaci & nitri ℥viß. arsenici citr. ℥x. misce. servetur ad usum.

Aqua clareta. ℞. aq. vitæ ℔j. aq. rof. ℥iv. Cinnamomi finiss. ℥iv. sacchari tantundem, infusa colentur.

Olea.

Oleum ⊕ & ♀i. ⊕ um imbuatur vino: tartarum aceto acerrimo: tartarum vero fit calcinatum ad albedinem. destillentur △. validiss. fiat cohobatio sæpius, aqua abjicienda, majori igne pelletur oleum.

Olea ex herbis.

Thymo, Lavendula, Rosmarino, Salvia, Hyssopo, Satureja, Ozimo, Mentha, — paranda ex iis collectis, cum semen ad maturitatem vergit, separatis foliis à caule, siccatisque in umbra, colligantur luna plena, sole meridiano, loco excelso.

Destillentur circa finem autumni, vel initium hyemis.

Semina.

Pastinacæ, Dauci, Angel. syl. Carvi, Fœnicul', Anethi, Thymi, Majoranæ, — Destillentur matura, in plenilunio collecta, sudo cœlo & loco aprico: siccentur in umbra, & hyeme destillentur.

Baccæ juniperi sint valdè maturæ.

Oleum.

Sem. Ebuli, Sambuci, Uvarum, Plantag. Lactucæ, Portulacæ, Bardanæ, Papaveris, Nucum, Lini &c. — Extrahatur ex iis tusis, & in s.q. aquæ coctis expressisque, oleum in loco frigido & humido residear.

Oleum frumenti.

In retorta paretur, ut guajaci & ceræ; Hujus verò lentissimo ut fieri possit igne.

Oleum Cinnamomi.

℞. Cinnamomi crassiusc. triti ℔j. aq. pluvial. vel fluviatil. calidiss. ℔x. ponantur in alembico terreo, opt. lutato & amplo, digestis, destillentur igne sufficiente: primò aqua limpida stillat, deinde subalba, phlegmati Cinnamomi permixta, cum quo oleum fundum petens ascendit: demùm aqua limpida & planè insipida: si magmati affundatur nova aqua pluvialis, fitque destillatio, aliquid olei prodibit, sed parum, idque supernatabit, quod notandum, prodest parat. cum vino ad quartanam.

Oleum Guajaci.

Paratur per retortam in cineribus vel arena.

Ol. sang. Cervini ad podagram.

℞. Sang. q. v. destilletur in alembico & cineribus lento △. prout phlegma extillat, quo aucto, oleum prodibit, & demum sal sublimabitur: Sal cum oleo misceatur, inungaturque podagra per aliquot septimanas, post purgationem ex aliquo ☿o: potest æger bibere vinum medicatum, cum radic. caryophillatæ & acori vulgaris recentibus. Paracels.

Olea aromatum.

Ut Cinnamomi caryoph. &c. parari debent ex eorum parte j. vini albi opt. partibus 8. infusis & destillatis in arena vase vitreo.

Olea seminum.

Fiunt ex eorum partibus duabus, aquæ calidæ partibus viij. maceratis & destillatis.

Oleum ☿rii.

℞. ☿. purgati, ponatur in magno recipienti, addatur ⊖. nitri & ⊕ i ana: extrahaturque totum phlegma, jungatur vas, ut retorta, cum recipienti, & validissimo △. urgeatur spiritus: ☿us congelabitur in massam albam, quæ in humido intra decem aut duodecim dies convertetur in oleum unctuosum.

Nota in spiritu ⊕ extrahendo, addenda esse ⊕. frusta ferri, recipientia debere esse maxima, & collum retortæ debere alte admodum subire recipiens vas. ut in aq. forti: peracta destillatione, recipiens, ubi refrigescere cœperit, non autem penitus refrixerit, tollendum esse, quia colchotar humiditatem rursus absorberet.

Olea quævis rectificantur in B.M. ut antem impediatur vacillatio alembici, ferratura signorum copiosa aquæ inspergenda, quæ supernatans, & undiquaque vas ambiens alembicum continet.

NB. Lutum opt. paratur ex album. ovorum & calce viva, quod illicò absumendum parari debet, quippe in instanti siccatur, cogiturque à calce albumen.

Extractum Ellebori.

℞. Rad. elleb. nigr. ℔j. sem. anisi quart. j. misce omnia in olla fictili, affusa ▽. beton. buglossæ & borrag. digerantur, effundatur liquor tinctus, per inclinationem: extrahanturque eodem processu omnes tincturæ, liquori prægnanti admisceantur vini Malvat. ℔ij. digerantur per 10. dies in B. M. Digestio effusa per inclinationem evaporetur ad mellaginem. Dos. à 10. gran. ad xx. pro 40r ℥. materiæ possunt ℥ij. Mastich. pulverisati admisceri.

Palmarius elleborum ita præparat, & innoxium reddit: in aceto cum Cinamomo, caryophillo & fœniculo, bulliat aliquantulum, & siccetur.

Tinctura ♂.

Ex ♂io crudo, digesto per 40. dies ad minus in fimo equino, cum ✕ destillato extrahitur crebris affusionibus tinctura, quæ in alembico destillata, aucto igne ascendit per venas sanguineas, qui liquor instar sacchari dulcis est. Ad vulnera summum remedium.

Diaphoreticum ♁ii.

℞. ♁. & ⊖. nitri ana, projiciantur per intervalla mixta cochleari ligneo in ✠um ignitum, nitrum accensum ita calcinabit ♁um: tegatur crucibulum, & per horæ quadrantem relinquatur in igne: reperietur materia crassa & subrubea, quæ teratur rursus, & cum novo nitro fiat ut supra: Denique tectum crucibulum per dimidiam horam relinquatur in △, materia instar nivis candida erit, dissolvatur in ▽. communi, & multis affusionibus extrahatur nitrum, donec materia planè sit insipida: siccetur lento △. Laudatur ad febres pestilentes, purgat, & sudores movet, seorsim aliquando, aliquando simul. Dosis à gr. 6. ad 9. ex vino, aut conserva, vel aq. appropriata. In torminibus infantium exhibetur gr. j. cum pulte.

Vinum ♁ii.

℞. ♁. crudi pulverisati ℥j. musti ℔xxiv. in vase ligneo sinantur, ut simul ebulliant. Dosis ad ʒ. vel 6. ℥. plus vel minus. Ad quartam aut horā j. ante prandium, dica cessionis adhibetur.

Fixatio ♁ii

Fixabitur ♁. crebra reguli sublimatione. Flores in vase terreo coq. in arena & furno venti quarto ignis gradu, dato △. per gradus, ita ut non sublimetur, nec in vitrum liquescat. Si inter sublimandum flores rubri ascendant, miscenda omnia, tam usque coctura continuanda, donec colorem non amplius mutet. Idem processus servati poterit in prædicto ♁io cum sale nitro, eo in arena cocto, vel potius in reverberio.

Præparatio Opii.

Opium digestione in aq. anisi, & effusione & exhalatione præparatur, mox renovata in aq. vitæ digestione crebra & separatione, donec nullæ fæces restent.

Oleum Charabis ὑπνόειςον.

℞. Charab. pul. q. v. infunde primò in ✕ acerrimo per diem integrum, mox per biduum in ▽. vitæ, siccetur: Deinde in matratiolo cum oleo olivarum super prunas circumducatur, donec liquescat in oleum, signum colliquationis est fumus albus, spissus & acerrimus.

Ego sola trituratione, reliquo processu observato, paravi absque infusione.

Vitriolatum D. Penoti a portu Sanctæ Mariæ.

Vidi in manibus D. Nov. acidissimum erat & stipticum, ac quasi in ⊕. spiritu, aut ✕ to destillato infusum, linguam vellicabat, coloris è cinereo albi seu sordidi. Scribebat optimum esse ad hydropem.

An vero est solutio ♀ricum ⊕. spiritu, an ⊖ is ejusdem per spiritum extractio? quod mihi facilè persuadeo, cum in ore planè liquescat, nec ullæ crassæ partes remaneant.

Idem scribebat, majus vegetabile, è qua panaceam suam parat, esse ♀. crass. & spiss. quod fractum scintillat. Inde Tinctura fit ad obstructiones Lienis, cujus ℈ iß. cum melle rosar. sudores movet, & purgat ex vino albo aut alio vehiculo.

De sale petra.

A sale petræ omnium rerum colores ex Quercetano sunt, id quod in sublimatione apparet.

Calcinatio ☉.

℞. ☉ cum ☿. amalgamati q. v. pellatur ... mixto ♀, erit instar spongiæ, mox in reverberio ... geatur: cujus gr. 4. ad rubinos faciendos.

NB. ☿ ♎tus ℞. stridorem suum tollit, fiunt egregium, si in floribus ℞. parandis admisceatur

Lutum optimum.

Fit calce, album. ovi, farin. volat. croco ♂, lateri rum pulv. fulig. camini.

Suffitus ☿alis adv. ⊕.

℞. Terræ figuli ℔j. ☿rii ij. (vel iij.) ✕ q. s. extinguatur ☿us in sputo, donec granescat, incorporetur, addendo ad colorem fuliginis lampad q. s. pro libitu. Usus est purgato corpore convenienter, si per 6. dies, æger dolio per me ...um scisso immittatur, sudetque. Excipiendo fumum præscriptæ massæ, prunis injectæ: ubi eximetur, exprimatur in prunas aq. vitæ vel ✕ destillatum ex linteo madefacto: bibat decoctum Gujacinum. &c.

Oleum Nuc. moschata.

℞. Nuc. mosch. ℔j. vini ardent. q. s. fiat digestio, deinde adde butyri rec. ℔ij. per dies 8. fient, fiat expressio, digeratur rursus: Spissitudo olei ... bsidebit, quod verò limpidum fuerit colletur.

Oleum Butyri orientalis.

℞. Talci q. v. ignescat sæpius, & extinguatur in oleo ♀ri, donec alcoolisetur, abluatur sæpissimè ad perfectam ⊖. ♀. extractionem vel donec ultima ▽. sit insipida: pulvis talci siccetur, fiant pill. cum albumin. ovorum, sepeliantur in calce viva, in olla opt. lutata, quæ stet in reverberio per 15. dies, separentur pilæ, & mundentur à calce, quæ possit adhærere. Dissolvatur talcum in aq. ✕ ti (sæpius rectificata) nB. M effundatur per inclinationem, toties reiterata affusione, donec totum ⊖. sit extractum evaporet ... in fundo sal remanebit. Nigrum erit illar fuliginis, dissolvatur in ▽. communi, stet ad ... filtretur sæpius, fiatque evaporatio. remanebunt in fundo striæ glaciales, quæ non duræ, sed ita molles sunt, ut inter digitos, vel linguæ adinotæ liquescant: fiat resolutio.

Alia ratio à Sanct. Andrea.

Calcinetur cum ol ♀. optimo, calcinatum lavetur ✕, deinde reverberetur; Reverberatum lavetur ▽. stillatitia odorata q. s. quoad satis album videbitur. Siccetur ad ☉, post unamquamque ablutionem. Vesica bubula inflectur, ligetur per medium arctissimo vinculo, in superiori parte ponatur pulvis calcinatus, optimè superne ligetur, in vas aqua plenum aliquo pondere gravata, vesica immergatur, sinaturque per octiduum, aut donec pulvis resolutus fuerit in liquorem lacteum, qui erit in inferiore vesicæ parte.

Pillula ☿alis optima.

℞. Pill. cochiar. min. ℥j. ☿. opt. ... per retorttam, & cum soli saurnum. xxiv. ... velis, amalgamisat ℥ß. cum syrupo de stœchade, aut pauca therebintina malax, & ... pill. ... mat j. singulis diebus, quæ pondere ... j. purga ... autter. His & pustulæ ... excrentes ...

rectæ

rectæ sunt, & evanuerunt, superinducto emplastro de ranis Vigo: cum ☿o.

▽a ☿ialis.

℞. ☿ ♎ ℥ß. minutiss. triti, cui superfundatur ▽. plantag. ℔j. solvatur in B. depuretur à fæcibus per pannum, quam in patinam mundissimam ex stanno pone per tempus exiguum, denigrabitur vas, vel patina nigrescet, quô factò, in aliam tandem patinam satis mundam infundatur, quoad prior panna à sua nigredine purgata fuerit, deinde eandem ▽. cum ☿o alteri rursum injice, bocque per vices repete, donec ultra non nigrescat patina, sed remaneat alba, quod 10. vel 11. vicibus perficietur, serva ad usus. ▽. erit albi coloris, quo utere ad sananda ulcera, præsertim Luis ♀ & Cancrum in ore, vel in ulceribus penis, luis ♀. ad mortificandum cancrum, si fortiorem cupis, sex vices in patinis sufficient, ita enim fortior evadit, & ultima magis sanat: & pulvis agitando unà cum aqua adhiberi potest.

Oleum sacchari magistrale compos.

℞. Irid. Florentin. pulveris. rad. enul. camp. ana ℥j. pulpæ dactylor. & passular. purgatar. ana ℥iij. cortic. aurant. siccor. cortic. citri siccator. ana ʒij. Beniovini, ʒij. croci ʒj. infundantur spatio bidui in spirit. Vini sæpius rectificato: mox fiat separatio per inclinationem, separato liquori admisce sacchari candi pulverisati, & accendatur spiritus, tamdiu agitando, donec sponte extincta flamma omnia in spissum & olei æmulum liquorem abierint, cui admisce ol. ♀ris ad acedinem usque. Excellens excellentiss. in Asthmate, Tussi, &c. remedium, & pro arcano tenendum. Datur eclegmatis instar. si gravatur pulmo, expectorationem strenuè promovet. 7. Septembr. anno 1608. Bremæ.

Nota. ℞. Fell. vitri q. v. coq. in ▽. destillata probe despumando, postea benè filtrando, fac aliquoties, ut purum reddatur sal, ejus q. numm. coronal. in Dysenteria est præsens remedium; item in Gonorrhæa virulenta, in mictione sanguinis, aliisque affectibus. Movet Urinam & sudorem potenter. Vid. Croll. p. m. 160.

Decoctum sarsa parilla.

℞. Sarsæ parigl. ℔ij. conscinde in frustula, longitudine unius digiti circiter, injice in ollam, quæ capiat mensuras 9. vel 10. Norimberg. (nostratibus sunt vj) & imple eam aqua, digere primò, post probe bulliant, ad colorem aquæ fuscum. Post ℞. ollam 4. mensurar. (vel 2. chopin. Germ. Nößel) & ℔iv. optimi sacchari Canariensis confracti in frustula inde, affundendo aq. prius decoctam, bulliant lente ad 1. chopin. (vel Nößel oder Seidtlein) consumtionem, & spissioris julepi consistentiam: Serva hujus octavam partem non calidam mane ebibe, simul sudando, vesperi eandem portionem assume, expectando sudorem & corpus calidum continendo. Alteram verò ollam, è qua aquam decoctam effudisti, de novo aquâ impletam, ad ebulliendum iterum ponito. Hanc frig. factam bibito in die, quoties sitim percipies, loco cerevisiæ, vini, vel aq. simplicis. Bibi potest per 8. vel 14. dies, imo per integrum mensem, observando bonam diætam, & præservando corpus à frigore.

Gabriel Lindener.

Aliud

℞. Ligni sancti vel guajaci ℔iij. cortic. ligni sancti sarsæparigl. stæchad. Arab. ana ℔ß. Turbeth. elect. ℥iv. (credo potius ʒij.) Hermodact. tantum. granor. Paradis. tantulum.

Saccharum ♄ni.

℞. ♄. rubri super marmoreo lapide opt. trit. ℔v. ponatur in XXo magno cum ✳ destillati ℔viij. bene cooperiatur vitrum, & bis tervé in die per 8. vel 9. dies agitetur: postea per filtrum coletur, ut clarè fiat sine rubore, & tandem evaporetur, ac sal Saturni tibi reserva. ℞. ⊖is hujus pulv. ℔j. & in cucurbita ponatur, adde ℔ij. ▽Ros. opt. & extemplo sal dissolvetur in ▽am benè lutata cucurbita, & sic stet in B. ad digerendum 2. vel 3. dies. Tandem aquam destilles, tantumque iterum affundas. ac ut prius operare. quod ter facies, & cum satis destillatum fuerit, sal erit transparens & clarum: cujus accipe q. s. ad reddendum ℔ij. aq. card. bened. acidas instar aluminis non fortis, in qua pannum madefacias, quem applicabis alicui ulceri, & citissimè sanabitur. Applicatur loco affecto bis vel ter in die pannum, in liquore madefactum ac patienti omni tertio die iij. vel iv grana cum cons. ros. mista ministrantur, ac sic curabitur. Primò vomitum, deinde 2as vel 3. sedes ciet: sin incurabilis fuerit, nunquam sistetur alvi purgatio ante noctem.

Pulvis laxativus, deoppilativus, & diaphoreticus ex uno centro confectus, mirabilis facultatis.

℞. ♁ crudi ℥.iv. pulv. subtiliss. deinde incorporetur dictus pulvis cum tantundem sublimati, in mortario bona diductione, relinquatur ita per noctem in scutella vitrea, altero autem die ponatur in parva retorta vitrea, vel in urinali vitro, coaptato & lutato eum recipiente, juncturis clausis, & per latus distilla igne graduato, successivè augmentando △, ad 6. vel 8. horas, & habebis liquorem in fundo recipientis, & in pariete receptorii videbis pinguedinem vasi adhærentem, pariter in collo retortæ, quæ pinguedo erit instar pinguedinis porci, quam exime, & pone in vase ampla XXeo, & intra aliquos horas dissolvetur in oleum, quod commiscebis cum liquore vel oleo, quod invenisti in fundo retortæ. Deinde habeas vas, aliud vitreum satis magnum, vel magnum alembicum seu Cappam, & reple eam ad 2. partes ▽. puræ, seu potius pluvialis, & infunde dictum totum oleum in dicta aqua, & benè agitando vitrum, tota aqua cum oleo dicto convertetur in speciem aliquam lactis. Tum demum resideat per hor. 4. & videbis totum tuum oleum in pulverem, & in fundum descendisse. Tunc per nasum alembici effunde ▽. claram in aliud vas, reserva eam ad subsequentem usum (vid. *) & super pulverem remanentem in fundo, funde novam ▽. mundam, ut ante. Tunc benè agita vitrum, ut pulvis ritè lavari possit. Postea resideat iterum pulvis, per spatium 1. vel 2. horarum, ac iterum effunde sensim per nasum alembici ▽. claram cum priori, & sic reiteretur illa lotio, ut prius quater. Tunc desicca pulverem illum super furnum cineris in vase XXeo ad siccitatem, & serva in pixide, pro pulvere vomitivo, laxativo & deoppilativo. Cujus dos. est gr. 1. ad 2. cum cons. ros. vel violarum, vel parum sacchari, in pueris gr. ß. desuper bibendo parum jusculi carnia, vel cerevisiæ calidæ, in qua butyri parum sit solutum. Notandum, quod melius & præstantius est, si prædictum oleum, antequam in aq. frigida, ut supra infunditur, rectificaretur, & adhuc semel destilletur, in novo vase vitreo super regulum ♁. qui confectus est cum Marte, sicut dicetur postea, sc. si habeat ℥iv. ol. præscripti, imponas ℥iß. reguli sic facti, benè pulverisati,

verifati, ac fimul mifceantur, deftillenturque lento △, in primis, & per hor. 3. vel. 4. habebis ol. tuum rectificatum, ac magis purum, & majoris efficaciæ, quod lava, ut fupra dictum eft, cum ▽. frigida, per vices fupradictas reiterando.

Pulvis ♁ii diaphoreticus.

Vid. fupra effentiam vitrioli p. 9 & confer. cum hifce.

℞. Aq. claram, quam effudifti à prædicto pulvere, (vid. *) in vafe vitreo in B. evaporabis ad ficcitatem, & in fundo vitri habebis album pulverem in bona quantitate, inftar parvorum cryftallorum, qui mifceantur cum fui duplo falis nitri, & combure in crucibulo mundo, lento igne, abfque tamen fufione ⊖ is nitri, fed bene ad ficcitatem. Tunc excipe è crucibulo. & pulverifa, quem pulverem projice in ▽. frigidam, & agita, & lava per vices 3. vel 4. ut fupra, & aquam claram rejiciendo, & deficca pulverem in ✠o vel vitro, & ibidem ftent in arena calida per hor. 8. & habebis pulverem fudoriferum, cujus non eft par. Dof. ejus eft à gr. 1. ad 3. cum theriaca.

Regulus ♁ prædictus cum Ma te fic fit.

℞. Clavos calcearum equorum tenues ℥iv. (non capita) mitte in ✠o in △. vehementi, donec ignefcant ut carbones omninò igniti, tum projice defuper ℥ 8. ♁ crudi, groffo modo pulverifati, & quando ♁ inceperit fundi, tum projice defuper ⊖. petræ ℥ij. & fine ut fimul fundatur, interim movendo virga ferrea ad fundum crucibuli usque & quando ferrum & ♁ fimul funt fufa in liquida materia, agitando crucibulum virga ferrea, ut regulus decidat ad fundum, refrigefcant fimul, cooperiendo crucibulum tegula aliqua, & quando percipis, omnia refrigerata, frange crucibulum, accipe regulum, qui fubtus adhærebat ad fundum. Loppam deme & ferva, (quam loppam potes pulverifare, & extrahere tincturam rubram cum ✕ deftillato, in quo ℔j. fit foluta ⊖. armoniaci) Hunc regulum cape, qui erit ponderis ultra ℥vj. ac denuò in novo funde, addendo ♁ij. crudi ℥ß. & quando incipiunt liquare, projice ⊖ is nitri ℥ß, & benè moveantur virga ferrea, ftent paulifper in fufione. Poftremò projice defuper adhuc circiter ℥ß. vel paulò minus ⊖ is petræ. & fac, ut benè fimul fundantur valdè liquidæ. Tunc accipe ab igne, & cooperi tegula, & fine ut refrigefcant. Tunc frange crucibulum, & accipe regulum, & fepara, & projice loppam. Hoc reitera 30. vel 40. fed non debes in ulteriori fufione addere ♁, fed ad unamquamque vicem, projicere fuper regulum factum ʒij. ⊖ petræ, ut melius mundetur à fuis fuperfluitatibus, & habebis valdè purum regulum in quarta fufione vel reiteratione. qui ftella vocatur apud fapientes, & habebis hujus reguli in fine operationis ℥ v. aut v.

De hac coctione vide Turqueti processum in ☿ Zodiaco. 3

Si vis facere medicamentum ex illo pulvere, alias primo præcipitato, ac quando adhuc eft oleum, fuper regulum rectificato, ac dulcificato, ac loto deficcatoque tunc fac ut coquatur in phiola XXea, papyro obturata per 8. vel 9. hor. in arena multum calida, & de hoc pulvere prius trito mifce cum aliqua pillula laxativa, vel cum maffa pill. aggregat. inde fac pillulam parvam, & incorpora cum gr. 1. 2. vel 3. ad 4 fecundum exigentiam morbi. & qualis fatis corpus patientis, & fine naufea, vomitu, vel aliqua torfione, vel moleftia purgabuntur patientes benignè, ad morbos omnes datur & eft quafi electrum univerfale, præcipuè fi in initio morborum quorumcunque exhibeatur, quoniam purgat, & deoppilat omnes fuperfluitates & putrefactiones corporis, ex quibuscunque humoribus ac infectionibus ortas, nam caufam morbi ftatim tollit, xc confumit mirabiliter, refolvitque expellendo morbum & materiam peccantem, excrementa fcilicet valdè aquofa, & per urinam miraculosè.

Si vis habere corrofivum, cum quo abfque magno dolore poffis abfcindere aliquod membrum, vel aliquam corporis excrefcentiam five nodos, accipe illud, vel tale oleum, ut fupra poft primam fuam deftillationem, ante fuam rectificationem, q. v. & rectifica cum ⚗, & ℞. ℥iij. iftius olei, & ʒj. ⚗i pulverifati, mifce hæc benè fimul. & ponantur in XXo, & per latus diftilla cum fuo recipiente, claufis juncturis, per ignem graduatum, ad hor. 4. vel 5. in fine forti △e, & accipe dictum oleum ex recipiente, & ferva in XXo benè obturato. Quando uti volueris, accipe per fupercilium vitri parum iftius olei, & madefac filum duplum vel triplum, vel parvam chordam in dicto oleo, & liga circum circa locum, quem velis amputare vel mortificare, & cura, ut dictum filum vel chorda cum pluma femper fit madida, & mortificabit membrum absque aliqua fanguinis miffione vel exceffu. Si autem id facere vis in aliquibus locis periculofis, ob nervorum fituationem, timendo inflammationem, tum mifce cum una parte dicti olei 4. partes ol. rofar. fimul in XXo fpatula concutiendo, & utere ut fupra, & in omnibus ulceribus fallis, & malignis, & fiftulis adhiberi poteft, quoniam aufert efcharam. & callofitatem fiftularum, & aliarum excrefcentiarum vel fuper excrefcentiarum malignitatem radicitus.

Oleum Talci fucus præftantiffimus.

℞. Talci opt. & nitidi ℔j. rubefiat in crucibulo fatis magno, & extinguatur in ol. inferorum (vel oleo ♀t aur ▽. fortis quæ ftygia chymicis eft) ℔ij. quod fit in magna fcutella vitreata, extinctionem reitera fexies, ut fola abeat in alcool. Ultima vice relinque Talcum in reverberio per 6. hor. exceptum fuper porphyrite teratur, mittatur per feraccum, immittatur pulvis in vas XXeum oblongioris colli, affufæ ✕ deftillati opt. f. q. digeratur per octiduum in B. M. agitando fingul. diebus, feparato liquore à fæcibus affervando, reiteretur ter quatervé, poftea prægnans liquor per filtrum depuretur ter quatervé exhalet ad falis albiffimi feparationem, quod fal rurfus ✕ tere, aqua rof. quater diffolut. evaporet, ut fupra, fic enim criftallinum reddetur, quod in cella reclufum in vafe XXeo probè obturato, in ol. abibit album. Cujus ufus eft, fi 4. vel 5. guttas fequenti aqua mifcueris, & linteo tenui locum (faciem fc.) in menfe femel abfterferis, vel fi guttam olei folam digito fricati applicabis.

Aqua.

℞. Fl. nymph. Mj. ovor. album num. vj. pullos columbinos num. ij. limacû cum teftis lotas, excepto muco, num. xx. criftall. & corall. pulv. ana ʒij. ceruff. præparat. ʒß. ol. ♀i communis ℥ij. limonum num. 4. lactis capr. aq. rof. & nymph. ana ℔j. mixta omnia deftilleutur per alemb. vitreatum in cineribus, ablue faciem in egreffu lecti femel in aurora.

Alia.

℞. Panem candidum in lacte caprino infufum, & in tenues partes fectum, F. ftratum in alembico cum ovorum num. xxiv. racentiff. limones totidem. borracis ʒj. O fciffilis ℥xij. facc har. opt & albiff. ℥iv. therebint. Venet. ℔j. olei amygdal. dulc. ℥iv. pullor. columbin. num. 2. fuffocati ut plumentur abfque aq. mox diffecti in 4. partes, deftillentur cum cæteris lento igne, & fervetur ad ufum.

Oleum c ryftallorum.

Calcina ut Talcum, ut fupra, ex calcinato fal fepara, fal in oleum vertitur.

Ex

Ex Scoti cujusdam collectis.

Ferri fusio pro croco ♂.

℞. Ferrum, fiat in furno ignitum valdè, ita ut scintillas edat, extrahe, & adde sulphur optimum, & fundetur ut plumbum, defluat autem, quod funditur, in ✕um destillatum: postea frusta & particulas, quæ friabiles sunt, & digitis facilè teruntur, pulverisf. subtil. & in vas terreum immitte, (novum sit oportet, in quo nihil adhuc fuerit) & in △e exiccetur per ½ horam, ut omnis humiditas evaporet, fiatque ex atro rubicundus, subinde interim agitetur spatula ferrea: hôc factô, impone in vas latum non profundum fictile (ein Deckelein von einem Häffelein) & repleatur ad medietatem, vel ferreum, & impone in furno reverberationis, & stet ibi per 3. dies naturales, & auferatur rubicundus in superficie pulvis leviss. qui est crocus verus ♂is.

▽. Philosophorum D. J.

